BIBLIOTHÈQUE VICTOR COUSIN
MANUSCRITS
192

TOM. III.

VICTOR COUSIN
Manuscrits 192
N° ancien

Metaphysica

Prefatio

hactenus logicæ præceptis inhærentes integram bene cogitandi beneque disserendi artem eo fine pponiuimus vt veritas inveniatur. nunc vero res ipsas seu materiam cogitationibus et dictionibus nostris objectam explicaturi a metaphysica exordium ducimus

id scilicet postulat optima rerum docendarum ratio vt initium fiat a scientiâ generali quâ omnia continentur quæ cæteris disciplinis communia sunt siue primæ et vniuersales ~~insium~~ entium ac modorum omnium ideæ et appellationes siue axiomata

plurimæ quæ sunt principia cæterarum disciplinarum felix enim et conveniens a generalibus adminus generalia ordo doctrinæ vertitur

Metaphysicæ vero est ~~seu 2a~~ generales consectari rerum et modorum entis ideas atque exinde abundantem eruere copiam optimorum principiorum et axiomatum quibus suas aliæ scientiæ demonstrationes conficiant adeo ut earum mater et 1a æua parens metaphisica merito haberi possit quas commonstret explicet, complectatur et foueat

Quin etiam intra metaphysicam contineri ~~vel~~ vulgo solet abiis qui eam tractant scientia seu contemplatio spirituum, Dei, angelorum et humanæ nostræ mentis quod cur fiat et quânam ex cognatione

Scientia Spirituum et contemplatione
entis et modi entis, mox ex Sermone de
Metaphysica in genere intelligemus

Quæstio Proemialis

de Metaphysica in genere

Variis donatur nominibus Scientia, quam
explicandam Suscipio modo Sapientia no-
minatur eo quod de rebus altissimis per
altissima principia modo Japhia et Scien-
tia generalis dicitur quod et rem et modum
qua Secundum Species aliquas disciplina-
rum omnium Sunt Subjecta materies
ni vniversum contempletur Sed frequentius
Metaphysica nuncupatur Sive propter
ea quod forte fortuna libri qui apud

a metaphysica consideratum dicitur
a materiâ abstractum, cur enim a
materia potius quam a Spiritu abs-
tractum permentem dicitur ens
prout metaphysicæ objectum est gene-
rali quadam idea concipitur ipsius
differentias ō includente neque cor-
porcitatem neque incorporcitatem

atq ex inde colligend est nullam ee
causam conjungendæ intra unam
Scientiam contemplationem entis
generatim et Scientiam Spirituum
prior habetur abstractis ideis, 2a
abstrationem entis ō fit sed Speculatio ē
notionum incorporatæ cujusvis subtiæ
ppriarum. prior vere metaphysica
Scientia est; altera est aliqua Scientiæ

naturæ par. et vocari potest Scientia
Spirituum vel Pneumatologia
verum retenta vulgari Metaphysicæ
extentione hanc definiemus Sapientiam
vel Scientiam Speculativam quæ circa
ens et modum entis generatim et utriusq
affectiones permentem abstractas Speci-
atim vero circa Substantias incorporeas
pro rot lumine naturali cognoscendas
occupatur. plurima hic voces distinctis
definitionibus exponendæ sunt

conclusio 1ª

Metaphysica est Sapientia particulariter Sumpta
prout Sapientia particulariter Sumpta est
Scientia verum altissimarum hoc est verum
at excellentissimarum
atq Metaphysica Scientia est verum altis-
simarum hoc est, verum maxime vniuer-
salium et excellentissimarum nam priore

prob: objectum totum et adæquatum
alicujus disciplinæ debet continere
objectum ejus materiale et formale
atq ens et modus entis generatim
Spectata atque etiam Spiritus Deus,
Angelus et humana mens prout
Lumine naturali percipiuntur
objecta metaphysica formalia et
materiala exprimunt. objecta mate
rialia nam metaphysica agit de ente
et modo entis atque de incorporeis
naturis formalia etiam objecta
nam ens ac modus entis in genere
et abstracta per mentem considerat
Spiritus autem considerat nisi tum
cognoscuntur lumine naturali: E.
Dices: Sola Teologia agit de Deo
et angelis

E. o Metaphysica

Resp dist. ante Sola teologia agit de eo angelis per revelata pcipia C per principia naturali lumine cognita N. quare N. consequentiam alianamq in Deo cognoscuntur fidei Solius subsidio alia naturali lumine seu ex ideâ Dei quam omnes in se gerunt fouet que creaturarum aspectus o ex revelatis quidem fidei principiis disserit Metaphysica De Deo et angelis sed ex naturalibus principiis

Ex hac postremâ conclusione patet duplex esse Metaphysicæ objectum ens et modus entis generatim, itemque Spiritus omnes, Deum, angelos, et mentem humanam quæ lumine naturali

Sciri possunt q pter duplex sunt
distinctæ partes Scientiæ Metaphysicæ
1ª quæ circa ens generatim et modum
entis eorum que affectiones per mente
abstractas, dicitur Onthologia, altera
quæ de Spiritibus disserit Pneumato-
logiæ nomen habet

Pars 1ª Metaphysicæ
seu
Onthologia

Duo sunt quasi genera eorum, quæ cogitari possunt, unum quod potest alterum quod à potest sua seorsum ideâ cogitari prius ens posterius vocatur modus, utrumq; metaphysicæ seu onthologiæ considerationi subjacet de ente tum post de entis modo dicendum erit ac demum quæ utrique communia sunt prosequemur hæc est summa et divisio generica totius onthologiæ

Caput primum
De nomine et naturâ entis

Ens proprie est illud quod est res aliqua aut substantia per se existens

Seu est id quod Suâ Seorsum ideâ cogi-
tari potest vt Deus, Angelus, homo,
Lapis ens proinde res et Substantia
eandem Significationem habent

Per Se autem existere id dicitur
quod ex naturâ Suâ aptum est existere
Seorsum et independenter a quouis alio
o quidem tanquam a causâ effectrice
Sed tanquam a Subjecto inhaesionis
Sicut Seu Substantiam appellant hoc
o Deum duntaxat qui absolute nullius
querei praesidio existit Sed cas ex rebus
creatis quae Solius dei jugiter creantis
auxilio ad existendum indigent vt Sunt
Angelus homo, Bellua, quae rebus aliis
inhaerere Seu inhaerendo existere o
exigunt

hinc manifestum est in notione
entis o includi modos Seu accidentia

quæ o possunt seorsum existere sed
alicui Subjecto inhæsionem necessario
exigunt vt cogitatio respectu mentis,
figura respectu corporis.

Sed Generalior additur notio entis
in libris Peripateticorum, qui ens
definiunt id quod existit aut existere
potest quocunque modo existat aut per
se et abiis substantia dicitur, aut
inhærendo alteri et vocatur accidens

Caput 2um

De
quibusdam adjunctis entis seu de Suppo-
sito, persona hypostasi, et Subsistentia

Ens seu substantia vel sit pars
alterius vt caput, Brachia sunt partes
corporis humani et id ipsum corpus
humanum est hominis pars; vel est totum
quid et completum, cuiusmodi quæ vel

complementum habet, in ratione natura' ttum vt mens humana, vel complementum habet in ratione Suppositi aut persona' vt est natura diuina et humana factus est christus o confusione Substantia, Sed vnitate persona ratio autem Suppositi vel persona appellari Solet a Theologis Subsistentia vel hypostasis

Quid porro Sint hæc omnia paulo accuratius est explicandum nam ex iis præcipuorum christiana' religionis mysteriorum Sanctissima' trinitatis et incarnationis d. V. Diuini expositio sincera et Platonica pendet

Natura Sive essentia est id quod res est Sive id quod respondetur ad quæstionem factam quid res sit

Suppositum est Substantia Singularis vltimo completa Sui juris,

et ni communicabilis alteri, tquam
Supposito hoc est qua' principium en
integrum et totum Suarum functio-
num aut operationum Si quas habet ut
Equus
Si Suppositum rationis participe
fuerit appellatur persona, qua ab
omnibus definitur ex Boëtio libro
de persona et natura c. 3°. natura
rationalis individua Substantia
Dicitur Substantia modo enimo
convenit persone nomen
individua etiam dicitur duobus autem
modis individuum aliquod putatur logice
Seu metaphysice hoc est aliquod totum, natu-
rale, quod integrum et totale agendi vel
patiendi principium est, Seu quod o conjun
gitur cum alio tanquam nobiliore talis
est aqua Gutta Si occeano juncta o fuerit
illud est Substantia qualibet Sq Singularis

Suarum operationum Si quas habet

Dico 1um. incommunicabilem seu incommunicatam ad individuum enim seu substantiam o requiritur essentialiter incommunicabilitas ~~seu~~ sufficit incommunicatio sic aquæ Gutta quæ ab oceano separa totum est individuumque incommunicata est alteri aquæ Guttæ o tamen incommunicabilis est

Dico 2o. incommunicabilem alteri atquam supposito triplicem quippe distinguunt philosophi incommunicabilitatem bis ~~vel incommunationem~~ tanquam subjecto inhæsionis quâ fit vt accidens o possit esse substantia incommunibilitatem tanquam inferiori quâ fit vt individuum o possit dici de multis et incommunibilitatem tanquam toti seu supposito quâ aliquid subsistit seorsum a quouis alio est que suppositum vel persona

triplicem hanc incommunicabilitatem
includit subsistentia Sed duæ priores
constituitur 3ª Specie aut ratione
incommunicabilitatis vt potè quæ sola
ipsi peculiariter et propria

hæc omnia nomina eo quo explicantur modo
intelliguntur a plurimis retro elapsis sæculis
ex quo scilicet ad exponendam fidem suam circa
Misteria Sanctæ trinitatis ex verbi incarnati
illa adhibuit ecclesia vces quippe in Deo hypostases
seu subsistentias aut persona quæ in vnâ eâdem
naturâ subsistant ipsa definit in christo vero
tam vnam esse personam et duas naturas
Diuinam et humanam

primis vero a Christo temporibus cum
harum vocum constaret vsus qui solem
nibus Ecclesiæ definitionibus postea decretus
est ex earum permixtione grauissimos circa
hæc Misteria exorti hæreses est, Ecclesiam
Diu multum que dilacerarunt. plurimi

enim hesiarchæ nihil volebant esse
discriminis naturam inter et personam
atque dum hinc falso principio hujusce
vice majoris ppositionis posito variam
ppsionem minoris loco jungebant, in varios
lapsi sunt errores

Circa Misterium sanctissimæ Trini-
tatis falso assumebant hinc Sabelliani
atq unica est in Deo natura E. unica Persona
illinc Ariani, atq tres sunt in Deo Personæ
E. tres etiam sunt naturæ

In Misterio incarnationis verbi Divini
misere arguebant ex cadem ppsione
Nestorius quidem hoc modo atq in christo
Duo sunt naturæ E. et Duæ personæ. Euthi-
ches vero aliter, atq unica est in chisto
persona E. et unica natura

Nefanda hæc docmata exhorruit
semper et proscripsit Ecclesia in conciliis

Generalibus, et Niceno, constantinopolitano
Ephesino et Calcedonensi, ex quorum
Sanctionibus colligitur Personam ac
naturam solis vocibus differre.

Sed quale sit discrimen illud an
reale et positivum an virtuale ittam
disputant inter se Teologi et philosophi
maxime quaerunt, in quo sita sit
persona ratio seu personalitas aut
subsistentia

haec quidem nire omnes consentiunt
subsistentiam esse modum quendam
naturam singularem efficientem sed
quid sit iste modus varie definiunt
Thomistae et Schoolistae
illi volunt substantiam nihil aliud
esse nisi existentiam substantialem
a qua solis vocibus differt eam vero
esse entitatem aut resgulam quendam

naturæ Subcrescentem

Sed male ita opinantur Thomistæ.
nam ea plus quam vocibus differunt
quorum diversus est conceptus et quorum
vbi vnum est o ideo est alterum atq 1o
diversos habemus conceptus Subsistentiæ
et existentiæ Substantialis concipimus
enim Substantialem existentiam tquam
id quo Substantia ponitur extra nihil
Subsistentiam vero intelligimus id quo
Substantia vltimo terminatur et com-
pletur 2o E. diversos habemus conceptus
Subsistentiæ et existentiæ Substantialis
2o vbi est existentia Substantialis o
id vero est Subsistentia nam v. G. corpus
humanus habet existentiam Substantialem
o tamen Subsistentiam

Scoto ratio Personæ est ipsa Substantia
Singularis in quantum est individua
ea que posite videtur in eo quod o

communi cetur alteri tquam Supposito
Seu in Negatione communicabilitatis
aut communicationis quemadmodum
ratio figuræ posita est in Negatione vlte-
rioris extentionis

Rescetâ Thomistarum Sententiâ
posterior propugnanda est

Conclusio

Subsistentia ō est quid reale ipsi na-
turæ aut substantiæ additum, Sed est res ipsa
Singularis in quantum est indiuidua Seu finita
aut ō extensa ad aliquid aliud

prob: 1a pars. ex naturâ modi generatim
qualis est Subsistentia modus enim ō est
entitas quædam ipsi naturæ Seu Substantiæ
addita vt pote qui Sua Seorsum idea cogi-
tari ō potest vt infra probabitur cap 4o
Si motus et figura quæ Sunt corporis
modi, nihil addunt corpori pro vt mouetur
et quibusdam limitibus circumscribitur

Sed Sunt ipsum corpus duplimodo se habens
hoc est motum et figuratum

atq Subsistentia Seu ratio personæ
est modus E.

prob: iterum 1a pars: et simul 2a
ex ipsâ Subsistentiæ Seu personalitatis
vt ajunt natura. Subsistentia definitur
vltimum Subsistentiæ completum quo
Substantia Si Sui juris Seu totum et
integrum Suarum functionum aut
pprietatum principium est

atq hujusmodi completum nullam
addit entitatem positivam naturæ Seu
Substantiæ Sed quæ est res Singularis nigtum
est individua et incommunicata alteri
tquam Supposito nam ho ipso quod
natura aliqua Singularis concipitur
nec aliud extenditur, intelligimus eam
existere habere que rationem personæ
contra vero Si extendatur ad aliud

jam o habet rationem personæ sic quia humanitas Petri o extendibur ad aliud hoc ipso rationem habet Subsistentiæ. quia vero humanitas christi conjuncta e cum verbo divino ideo o habet rationem personæ. E.

Confirmatur conclusio hoc exemplo eodem modo se habet Subsistentia ad Substantiam quo modo se habet figura ad corpus

atq figura posita est in negatione extentionis ulterioris hoc ipso enim corpus intelligimus figuratum quod o extendatur ultra certam quantitatem seu corporis mensuram. E.

hanc opinionem comprobant Theologi atro Patrum Sententiis ubi ptissimum de misterio verbi incarnati loquuntur nam sancti patres id muneris

verbo diuino tribuunt quod terminet et
compleat naturam humanam quam
assumpsit verum his ni Theologorum
disputationes relictis ad ea quæ sunt
præcipue instituti propero, atque explicanda
Theologis relinquo argumenta quæ
ex Mysterio utroque trinitatis et
incarnationis desumuntur duo tantum
adjicio et annoto

1°. certum esse ad fidem christianam
pertinere ut subsistentia quasi entitas
quædam positiue a natura distincta
propugnetur cum nusquam hoc definierit
Ecclesia contrarium quæ docent tum
Scotistæ omnes unanimi consensu
tum alii plures optimæ notæ Theologi

2°. certum quoque esse subsistentiam
seu personalitatem et negatiue

negatiua et positiua distinctione
exprimi posse positiua quidem dum
persona dicitur totum quoddam vel agendi
integrum principium vel res sui juris
negatiua autem dum persona dicitur
o esse juris alieni aut o esse in alio tquam
perfectiori quemadmodum in figurâ
exprimenda interdum positiua dictione
vtimur puta cum dicimus eam esse
corporis terminum interdum negandum
voce v: G: cum dicimus eam esse negatione
vlterioris extentionis in corpore

Caput 3um

De

Speciebus entis vniuersalioribus

Ens diuidi solet in Scholis

1o in ens reale et ens rationis

Ens reale est illud quod a mente nostrâ o pendet
vt existat cujusmodi sunt deus, Angelus, &

Ens rationis est illud quod a ratione seu
mente nostrâ pendet vt existat quate pro-
prie est objectum cogitationum nostrarum
quanquam hoc tantum modo accipitur
in Scholis, Sed plures afferuntur hujus
Species quas in logicâ expositas vide

2o: ens reale diuiditur in Substantiam
et accidens hoc in aliò existere illud exis-
tere per se dicitur

3o. Substantia vel est increata Seu Deus
vel creata vt homo

Diuisionem entis in ens reale et ens ra-
tionis Sumptum pro impossibili cognito
in logicâ jam confutabimus, quod si ens
rationis Sumatur pro ideâ mentis nostra,
bona itidem est hæc diuisio nam idea
mentis nostra Ens est

2am Entis diuisionem in Substantiam
et accidens Sequenti ttum capite exami-
nabimus, in quo explicata entis natura

Ens cum accidente comparabitur et ab ipso distinguerimus

Quapropter unica nunc mouenda quæstio de postrema entis diuisione in increatum et ~~e~~ creatum negant Thomistæ ens esse uniuocum respectu Dei et creaturæ contra sensiunt Scostistæ cum quibus sit

Conclusio

Ens est uniuocum respectu dei et substantiæ creatæ

Prob: illud est uniuocum respectu Dei et substantiæ creatæ quod habet idem nomen et eandem ~~saltem~~ ~~Ane~~ significationem in Deo et substantiâ creatâ

atq Ens idem habet nomen et eandem nominis significationem in Deo ac substantiâ creatâ habet ~~qui~~ idem nomen

nam Deus et creatura vocantur Entia habet vero eorum nominis significationem generatim enim loquendo est ens id quod existit per se vel inhaerendo alteri atq; Deus tum sed et creata substantia per se existit vel inhaerendo alteri; creata quippe substantia homo v.g. Bellua vel indiget subjecto cui inhaerendo existat E. ens est nomen cum respectu Dei et substantiae creatae

Responsiones ad objecta

obj 1o. quod est diversum ni Deo et creatura vel est nomen cum respectu Dei et creaturae

atq; Ens diversum est ni Deo et creatura

E.

Resp N. min. nam vel Deus ita et creata substantia per se existit vel inhaerendo

prob min. Ens in deo est infinitum
et independens ni creata vero substantia
finitum est et dependens
E: diversum est Ens ni Deo et creatura
R esop: dist: ante: ens spectatum
sdum differentias suas infinitum est
Deo, ni creatura vero est finitum: Ens
secundum se et absolute consideratum
est infinitum in Deo, finitum vero in
creatura ex: quare ex: conse ens igitur
generatim secundum se et absolute
consideratum neque e infinitum neque
finitum neque independens neque dependens
sed ab omnibus istis differentiis entis
abstrahit
obj 2o: si ens esset univoce cum et
genus respectu Dei et creaturæ ens
prædicaretur essentialiter de creatura

quemadmodum deo ess convenit

atq falsum consequens soli enim

Deo ratio entis convenit quoniam crea

turæ sunt entia contingentia

E:

Resp. Nmi: ratio enim entis est

existentia per se independenter ab alio

tquam a subjecto inhæsionis atq et

deo et creaturæ essentialis est modus

ille existendi independenter a subjecto

inhæsionis o quidem substantiis

essentialis est existentia sed posito

quod existant, existunt illæ per se se

et independenter a subjecto inhæsionis

obj 3° Si ens foret Genus respectu Dei

et substantiæ creatæ deus esset species entis

atq Deus o est species entis nam ens

ipsum o est species entis atq Deus est ens ipsum

E Deus o est species entis E:

Resp: N: min: ad cujus probationem dist:
maj. ens ipsum logicæ o est Species entis C
ens ipsum physicæ o est Species entis N:
dist: Similiter min: Deus est ens ipsum
physicé C ens ipsum logice N: ens Physice
est illud quod est plenitudo omnis entis et
omnis perfectionis a quo proinde omne
aliud ens ~~est illud~~ omnis alia mala perfectio
ens ipsum logice est gradus universalis qui
convenit omni ei quod existit per se porro
Deus est ens ipsum physice quia tam vita habet
plenitudinem omnis entis et perfectionis
ut creatæ omnes perfectiones ab eo tquam
a fonte profluant sed o est ens ipsum
logice cum o sit id omne quod per existit
creatura enim per se existit nec tamen
Deus est

objicies 4o: Si ens foret univocum
Respectu Dei et substentiæ creatæ admit

tenda esset aliqua in Deo compositio putã
et genere et differentiã

atq nulla admittenda esse aliqua in
Deo compositio

E:

R. esse dist. maj admittenda esset in Deo
compositio metaphysica C. compositio
physica et realis N. Smi. dist min.
et N. conse duplex igitur distingui potest
compositio physica et Metaphysica
compositio metaphysica ea dicitur, per
quam Ens Simplicissimum varia
concipitur habere attributa ab ipso
tamen minime distincta hujusmodi
sunt Genus et differentia in Deo
compositio physica est ea per quam
totum aliquod ex pluribus partibus
reuera inter se distinctis qu coalescit
vt hoo ex mente et corpore componitur.
nihil vetat quominus compositio

metaphysica ni Deo admittatur, licet
abeo omnis abscit compositio physica
nam quod Deus sit ens quod spectari
potest genus, quod vero sit infinitus et
summe perfectus haberi potest rot diffe
rentia

Inst. Si aliqua ni Deo admitteretur
compositio metaphysica Dua agnoscerentur
in eo partes alia perfectibilis alia
perfectiua

atq admittenda o Sunt ni deo hujus
modi partes

C. o est admittenda in deo compositio
etiam metaphysica

Resp N. maj: compositio enim
metaphysica o dicit partem perfec
tibilem et partem perfectiuam Sed
diuersa ttum dicit attributa quorum
altiqua enti simplicissimo puta Deo

peculariaria sunt aliis communia

vrgebis genus perficitur per differ

E: si adderetur aliqua in Deo com-

positio metaphysica in eo agnoscerentur

duae partes alia perfectibili alia

perfectiua

Resp dist. ante genus perficitur

metaphysice per differentiam C: perfi-

citur physice N: quare N: cons: equid

genus per differentiam perficitur

metaphysice, seu vt attributum

essentiale commune quod conjunctum

cum alio attributo naturam aliquam

constituit sed genus perficitur per

differentiam physice vt pars partem

in Deo igitur s dum nostram concipiendo

modum ens perficitur metaphysice

seu potius designatur ac constituitur

in Dei naturā per indifferentiam et alias perfectiones at ex inde ō est colligendum existere in Deo partem aliquā perfectibilem et aliam perfectiuam cum hæc omnia attributa sint quid idem cum Deo siue sint ipse Deus vario modo a nobis spectatus

Caput 4um

de modo entis generatim

Modi Natura melius cognosci nequit quam ex ejus definitione ~~et hæc est~~ et instituta ipsius cum substantiā comparatione quod vtrum que in hoc capite agere animus est

Solet definiri ens alteri seu substantiæ inhærens

1° ens vulgo enim generatim accipitur pro eo quod aut existit aut existere potest quomodo cunque existat siue per se

et dicitur Substia sive in alio tanquam in
subjecto et accidens ppriè dictum vel etiam
modus nominatur

2° additur alteri inhærens tquam subjecto
inhærere autem hoc loco dicitur ab Aris-
tole e. 2° categoriarum quod cum in aliquo
sit o vt pars o potest tamen esse sine eo in
quo est vnde tria sunt accidentis ppria
pecularia et ppria 1° vt sit in aliquo nam
quod nulli inest nequit esse in subjecto 2°
vt o insit tquam pars id est vt o pertineat
ad essentiam aut integritatem ejus cui inest
3° vt separatum ab eo cui inest nequeat exis-
tere.

Sed aduertunt Scholarum phi inhæsionem
istam accidentis essentialiter actualem
o esse sed in quibusdam saltem accidentibus
apptitudinalem seu exigentialem ttum esse
taliter que ejusdem vt existat a substia
inseparabilitatem naturalem esse

o absolutam nam volunt accidentia ali-
qua esse quae o ttum existere possint sed
etiam virtute divina existant independenter
ab aliquâ substtia tquam a subjecto inhae-
sionis quibus tamen s dum ordinem naturalem
competit dependenter ab alio existere qua-
pter duplex genus accidentium distinguunt
aliquid absolutum aliud relativum
accidens absolutum definitur illud quod
saltem divinitus potest separari a subjecto
et separatim existere vii exemplum
afferuntur Quantitas et Qualitas atq etiam
nam docent in Sanctissimo mysterio Eucharistiae
Quantitatem panis et vini facta consecra-
tione manere o existente panis et vini
substtia sic etiam docent habitus superna-
turales fidem, spem, et charitatem esse entitates
quasdam accidentarias quae separatim
possunt et sursum ab ea conservari-

ita vt Deus conseruare Supernaturaliter possit, fidem sine mente fidei spem sine sperente et charitatem sine diligente

Accidens relatiuum dicitur illud quod ne diuinitus quidem separari potest a subjecto vt inflexio digiti et accidens vero relatiuum modus appellatur

Quappter modus pprie dictus o tam est ens quam entis vel appendix quaedam o tam id quod R est existit

hanc que ob causam modus facilius concipitur in concreto quam in abstracto v: G: facilius intelligitur et explicatur quid sit corpus figuratum quam quid sit figura neque etiam tam bene concipiuntur intellectus et voluntas qm mens intelligens et volens

Exinde quoque solui potest quaestio de diuisione entis in substiam et accidens generatim quare sit.

Conclusio

Ens vniuocum est genus respectu substiæ et omnis accidentis

prob 1°: illud est vniuocum nec genus respectu substiæ et cujus libet accidentis tum quod habet idem nomen eandem vel nominis significationem ni substia et omnia accidente atq Ens generatim habet idem nomen eandem vel nominis significationem ni substiã et accidente omni nam substia est ens propriè modus vero est potius modificatio aut dispositio entis quamvis vt docet Aristoteles libro 4° metaphysicorum c 1° et alibi a c Sanctus Thomas 2ª 2ª quæstione 110 articulo 2° ad tertium 1° illud ita vsjum omnibus veteribus quibus ignotæ fuerunt modi a rebus modificatis distincti E.

prob. 2°: illud vationem mentis habet quod rei o conjungitur vt res nova quod

sine subjecto existit neque est vnâ re in
aliam migrare potest hæ quippe sunt
entis notæ

atq sic se habet modus ō tam est nouum
ens quam vetus modificatum ō existit sine
alio cui tq̄ quam subjecto inhæreat nec
etiam potest ex vnâ re in aliam migra
re, vt patet in scientiâ quæ modus est
respectu mentis in figurâ motu &
quæ sunt modi respectu corporis

E: ens ō est vniuocum nec genus respectu
substiæ et cujus libet accidentis

Dico respectu omnis accidentis nam
sdum stum Thomam et Theologorum
partem plurimam a Temporibus sti
Thomæ in hostia consecrata q̄titas
panis et vini et alia forsam Cauca
accidentia tamen et sic entia ō sint
pprie dicta seu substiæ, dicuntur

dicuntur tamen entitates accidentariæ
et ad ens proxime accidere iidem etiam
Theologi vt supra obseruauimus vulgo
dicunt habitus supernaturales fidem
et spem et charitatem esse entitates
quasdam accidentarias hæc autem doctrina
stare ō potest quin admittantur acci-
dentia quædam absoluta hoc est quæ
rationem entis aut vt loquntur entitatule
habere possint ni quā oproinde cum
substia aliquo modo conveniant in
Gratiam et tutelam hujusmodi senten-
tiarum et explicationum quæ in Theo-
logorum libris leguntur consulto addidit
hanc vocem, omnis, seu cujus libet, quā
significatur ō omnia accidentia
habere rationem entis vt probatum
est de modis pprie dictis atque intra
conclusionem nostram minime comprehendi

accidentia aliqua quam o dorum condi-
tionem o habere contendunt aut Theologi
aut phiphi.

Responsiones ad objecta

obj 1o: accidens vel est ens vel nihil

atq o est ~~Ens~~ nihil

E: est Ens

Resp N: maj ~~en~~ neque enim est ens
neque nihil sed modificatio entis

Prob maj: Ens inter et nihil o datur
medium

E: accidens vel est ens vel nihil

Resp N ante: licet enim inter
ens et o ens quae sunt contradictoria
et quorum unum ~~quorum~~ precise
negat quod affirmat alterum nullum
sit medium attamen inter ens et nihil
datur medium scilicet modus entis
qui neque est ens neque nihil

Prob: ante Ens et nihil sunt contradictoria

Einter ens et nihil nullum est medium

Respon ante ea quippe o sunt contradictoria quorum unum o precise negat quod affirmat alterum si quidem contradictio est affirmatio et negatio ejusdem de eodem sdum eadem atq nihil o precise ttum negat quod ens affirmat negat enim o ttum ens esse sed et modum entis E. ens et nihil o sunt contradictoria

obj 2o. Si quid impedit quominus ens sit univocum et genus respectu substantiae et accidentis id sane est quod accidens sit ens a substantia depens

atq haec ratio nulla est nam licet habitus pendeat a potentia in ratione qualitatis sdum receptam scholarum doctrinam

Qualitas tamen vniuoce de potentiâ et habitu prædicatur est que vtriusque genus.

E:

Resp N: maj ō enim ens precise ō est vniuocum et genus respectu Substiæ et accidentis quod accidens sit ens a Substia depens sed quod ō tans ens quam modus entis dici debeat

Instab: plurimæ pprietates entis putá vnitas, veritas, Bonitas, ordo &c conveniunt accidenti

E: accidens est ens

Resp N: cons istæ enim pprietates entis vt vulgo eas vocant sunt attributa transcendentalia hoc est ō enti aut Substiæ ttum verum etiam cuilibet accidenti et modo entis conveniunt ō secus ac existentia relatio &c notandum vero

est ea attributa accidenti competere
dependenter ttum a Substiâ Substiae
vero ppter se

Caput 5um
De
Categoriis

Nunc diuisionem seu seriem entis ac
modi entis vel accidentis in vno simul
capite complectimur et disponimus vt
pollicitis et in logicâ promissis explica
turos nos categoriarum tractum 1a
data opportuniori occasione satisfa
ciamus hunc in logicâ contra communem
vsum praetermittimus et ad hunc vsq locum
transtulimus ppter rerum in categoriis
essentialiter contentarum naturam
quae cum logica nullam cum metaphi
sica vero aliquam connexionem habent

na
Ninirum qui finis est categoriarum
rerum scilicet quæ percipi possunt
sive entium sive modorum species sum-
matim prosequi et in certas classes dige-
rere, is præcipuus quoque metaphysicæ
finis et labor est minime verò logicæ
esse debet cætera autem quæ huic
tractatui pro more scholarum aut
præmittuntur aut postponuntur aut
passim inseruntur ad Metaphysicam
quidem ō pertinent sed neque etiam
ad logicam addam neque ad vllam phiæ
partem vnde si alicubi tractanda
st tam possunt hic quemni alio loco
explicari

Nihil vero amplius nos moretur
remque ipsam explicemus.

Categoriæ vulgo definiuntur series generum, specierum et individuorum sub uno genere contentorum sed clarius dici possunt supremæ quædam classes ad quas omnia cogitationum nostrarum objecta imo et voces quibus ea significamus referuntur

Nomen istud a foro in lyceum inuectum est ut plerique opinantur ex voce Græca, categoreo, seu accuso ductum videtur eo omnium priæsus usus est Aristoteles ad exprimendam rerum seriem hic 1°. dialecticæ suæ librum de Categoriis inscripsit eo quod suprema rerum capita seu genera naturam declarent et quasi accusent eorum quæ sub se ponuntur et quibus

quibus attribuuntur

Categoriæ nomen per prædicamentum vertit Boetius qui hunc librum de decem prædicamentis instruxit perinde ac nomen categoriæ plerum vsurpant phi Scholarū Quintilianus vero istam rerum seriem elementum appellauit

Satis longus est apud Aristotelem liber de categoriis tres habet partes. in 1ª. quædā præambula traduntur quæ vocantur ante prædicamenta in 2ª prædicamenta ipsa seu categoriæ explicantur, in 3ª exponuntur quædam quæstiones appendices quas vocant post prædicamenta

Diffusior tamen adhuc a commentatoribus hic tractatus effectus est quæ enim fuit apud ipsos Aristotelis

auctoritas nihil huic tractatui adimendu
esse putauerunt ejus que seriem velut
ordinem ab ipsâ naturâ institutum
et veritati conjunctissimum pertina
cissime retinuerunt imo vt ipsum elu
cidarent quibusdam auxerunt quaes
tionibus

Sed plurimi jam phi ttam hujus
tractus curam et existimationem o
habent vt multum temporis ~~de~~ ni comedi
tandoni ~~cum~~ impendendum aut ab ejus
ordine et numero descissere si alter
occurrat ordo categoriarum clarior
licitum o esse arbitrentur quin etiam
nullos ex ejus studio esse posse fructus
sæpe vero imminere pericula multa
si in eo scrupulose nimis inhæreamus

Tria vt jam diximus in hoc tractu ab Aristotele distincta Sigillatim quoque exprimantur ante prædicamenta vt vocant prædicamenta seu categoriæ et post prædicamenta addere hic possumus iis quæ in compendio Mphisicæ dicta de ipsis sunt decem ttum igitur categorias ordine suo quem ibidem designauimus iterum explicabimus vt scilicet attingamus quæstiones omnes quas præter mitti o pratitur Scholarum vsus

Categoria Substantiæ

Substia vulgo definitur ens per se Substens seu solo Dei auxilio adexistend indigens neque in hærens alteri. hic enim Sustia oppnitur accidenti optima dignoscendæ et ab accidente distinguendæ Substiæ ratio est quod illa sua seorsum a quouis alio distinctæ ideæ cogitari possit

aliquando Substia Sumitur pro natura essentia et quidditate vt ajunt rei quo modo habitus dicuntur Supernales vel naturales quoad Suam Substiam hoc est quoad Suam existentiam Sed hæc Significatio o est hujus loci

Sex Substiæ pprietates assignat Aristoteles duas ttum postremas afferemus priores enim nihil quidquam docent nullius que Sunt vsus

1a est Substia o Suscipit magis et minus vna quippe Substia o magis Substia quam alia, Sic vnus homo o est magis homo quam alter hinc que forsan est quod nomina Substiarum apud Grammaticos o compa rentur

2a est Substia eadem manens contraria excipit cum aliquâ Sui mutatione Siue clarius Substia pprie et ratione Sui

hoc est in qtum est Substia o est alteri
Substiæ contrariæ Sed ttum ratione
Suarum qualitatum aut accidentium id
est ni qtum talis est Substia vt aqua
dicatur igni contraria, ratione Suarum
qualitatum o ratione Sui

Substiam diuisit Aristoteles ni 1am
Seu vniuersalissimam, et ni 2am Seu
Singularem Sed alibi probabimus nullas
esse naturas vniuersales naturalem et
realem Substiæ Seriem Seu categoriam
pertinemus vbi de categoriis recentiorum
nunc vt fert Scholarum vsus quærend
est vtrum Deus sit ni Substiæ categoriæ
negant Thomistæ qui Sextam adjiciunt
conditionem adexistendum ni categoriæ
ne Deum intra categorias includant
afferunt alii phi qui numero majores sit
vnde fit

Conclusio

Deus est in categoria Substiæ

Prob: illud est in categoria Substiæ quod habet rationem Substiæ Substiæ nomine significatam omnibus que præditum est conditionibus ad Ens categoricum requisitis

atq Deus habet rationem nomine Substiæ significatam nam Deus est Ens per se existens seu independens a subjecto inhæsionis omnibus etiam præditus est conditionibus ad ens categoricum requisitis est enim ens verum seu reale, est ens per se o multiplicis naturæ est ens incomplexum id est vnica voce expressum est Ens vniuocu suie nomen habet vniusttum significonis tandem est incompletum ~~est~~ et perfectum vt omnes fateri tenentur E:

Respsiones ad objecta

obj 1° in categoriâ directe o ponuntur nisi genera species et individua

atq Deus o est genus nec species nec individum

E:

Resp N. min: Deus enim est species cum sit vere substia completa et perfecta

prob: min: species est attributum vniuersale quod multis singularibus convenit tquam tota essentia

atq o potest natura diuina seu Deus multis singularibus cum o sint plures dii neque esse possint

E:

Resp dist: maj: species logica est attributum vniuersale quod multis singularibus tquam tota essentia C species physica aut met phisica quae subjici dicitur N. concedo min: et dist Cons: ita que species

Species vt in logica vocamus, logica
quae dicitur praedicabilis et metaphysica
quae nuncupatur Subjicibilis, Species logica
est attributum vniuersale quod multis
singularis conuenire intelligitur tquam
tota essentia Speciei phi aut metaphysica
est natura aliqua completa constans
ex genere et differentia, Deus certe seu
Diuinitas o est attributum quod concipi-
atur multis diis aut existentibus aut
possibilibus conueniens vnde o est Species
logica Sed est Species physica id est natura
aliqua completa Subjecta enti tquam
Suo generi et Summe perfecta in quo
consistit ejus differentia

In stabis: quod nulli Subjicitur tam
Physica tum logica o est Species Subjicibilis
at q Deus nulli subjicitur cum est ens indepens
E:

Resp. dist. maj quod nulli subjicitur tum phisice tum logice o est species subjicibilis. C quod nulli subjicitur phisice N. similiter dist. min. et N. conseq illud subjicitur alteri phisice quod est dependens ab alio qualis est creatura respectu Dei illud subjicitur logice quod est subjectum alicujus ppsionis aut species alicujus generis Deus quidem nullis subjicitur phisice sed tamen subjicitur logice agnoscit enim ens tquam suum genus vt supra probabimus

obj 2o Quod continetur in aliquâ categoriâ finitum est
atq Deus o est finitus
E.

Resp dist. maj. finitum est logice vt ajunt seu definitam habet naturam C finitum est phisice, seu imperfectum est N. similiter dist. min. N. consq illud est finitum phisice quod perfectiones aliquas habet finitas et limitatas ipsumque opponitur infinito seu perf., illud est ~~perfect~~ finitum logice

quod significationem et naturam habet
talem et definitam ad que opponitur indefi-
nito profecto quod continetur in categoriâ
illud finitum esse debet logice debet enim
aliqua entis esse species o debet autem
esse finitum phisice Deus vero o est quidem
finitus Physice cum sit ens infinitum in
omni genere est autem finitus logice o enim
potest deus o esse Ens infinitum

Quaeres vtrum christus Dominus poni
possit in categoriâ Substiae

Resp christum Dominum poni posse
in categoriâ Substiae siue prout Deus est
siue prout homo o posse autem reponi pro
vt est Deus homo saltem si conditiones quas
vulgo ad ens categoricum requirunt scrito
jure seruentur. nam christus prout
Deus homo o vnius duntaxat naturae est
nec vnico nomine designatur

Categoria Quantitatis

Quantitas generatim est mensura, copia, seu amplitudo, ea que vel rei vel Substiae est vel modi.. rei quidem nam corpus dicitur qtum vel pedale vi Bipedale & modi itidem.. nam modus dicitur qtus vel magnus vel paruus per accommodationem et Translationem quantitas aliquando dicitur de Spiritibus eorumque perfectioribus. 134 de Deo dicitur Magnus dominus et laudabilis nimis et magnitudinis ejus o est finis et Luce nono Stupebant autem omnes in magnitudine Dei Scientia etiam et virtus dicuntur magna.

verum rei et modi cujuslibet diuersa est quantitatis ratio vnde vix definiri generatim potest quid sit qtitas et vero aristoteles suum de Quantitate caput a Diuisione Quanti, o a definitione, vt moris illius erat incepit

Hæc est Doctrina Scholarum de Qtitate

definiunt Qtitatem id a quo res denominatur

cota vel Quanta vnde Statim dicidunt

Quantitatem ni continuam a quâ res

denominatur quanta vt dum quærenti

quantus sit ager Respondetur Magnus.

et diferetam a quâ res denominatur cota

vt dum quærenti quot sint Planeta

respt Septem

Quantitas continua vulgo appellatur

magnitudo discreta vero numerus seu

multitudo

Quantitas continua definitur ea cujus

partes sunt vnita seu copulitar communi

termino copulantur et duplex distinguitur

Successiua et permanens

Quantitas Successiua dicitur ea cujus

partes sunt in perpetuo fluxu seu simul existunt

Sed vna post alia et duplex distinguitur

motus et tempus licet forte minus apte

de motu qdem et tempore prædicari potest

Quantitas nam motui sui ad sunt gradus a

quibus vel magnus vel placidus dicitur tempus

vero suis dimentionibus distinguitur et men

suris unde dicitur vel longum vel breue

sed neutrum haberi potest tquam species

quantitatis

nam motus, quies, translatio corporis

ex uno locoin alium est potius qualitas seu

affectio corporis quam qtitas cum denominet

corpus quale o quantum tempus vero nihil

aliud est quam rerum durario quæ o est

modus aut accidens successiuum a rebus

ipsis distinctum sed res ipsæ in qtum et

fuerunt et sunt, et futuræ st. unde licet

ni duratione permentem abstractâ distin

guantur præteritum presens et futurum

ea tamen nihil aliud st quam res pro

vt extiterunt existunt et futura St
quam obrem si temporis seu durationis
quantitas spectetur quasi a subjecto seu
re durante distincta ad imaginationem
potius quam ad rem pertinet

Quantitas seu magnitudo permanens
est ea cujus partes simul o successive
existunt partes magnitudinis St trina
dimensio ~~aut~~ hoc est, longitudo, latitudo
et crassities unde quantitas permanens
triplex est in ea superficies et solidum
additur locus ab aristotele sed si de loco
externo agatur ad superficiem revocandus
est si de loco interno ad solidum pertinet
vt ex dicendis in physica constabit nulla
quidem ~~major~~ est magnitudo seu extentio
longa aut lata, extentio enim est trina
dimensio sed linea et superficies sic dicuntur

quia profert longitudo concipi o concepta
latudine, et latitudo o cogitata crassitie
Sic agrorum mensor latitudinem et
longitudinem alicujus agri mensurat tum
neque ullo modo cogitat de ipsius crassitie

Quantitas discreta definitur ex
Aristotele ea cujus partes sit sejuncta
seu nullo communi vinculo junguntur
ea quem numerus est seu multitudo vt duo
decem partes enim numeri denarii seu
decem unitates nullo communi vinculo
junguntur infra qtitatem discretam
numerat quoque Aristoteles orationem
sed cur oratio ad quantitatem discretam
pertineat o Solis liquet

De natura Numeri dicere hoc
loco ni Scholis solent numerus definitur
unitatum collectio vi G. trinitas, Quater-
nitas, St numeri, unitates seu resnumeratas

vt plures nummi dicuntur materiā
collectio autem varia vnitatum est ejus
forma

De materiā numeri, nulla lis est sed
quæritur vtrum forma numeri a mente
pendeat an vero in rebus numeratis insit
vero similius nihil fit forma numeri
o esse in rebus numeratis sed esse in
mente numerante nam forma numeri
ex collectio vnitatum in certam ac definita
formam atq collectio ista o est in rebus
ipsis numeratis sed potius in mente vnitates
colligente et ad certam formam reuocante
quando enim mens o attendit ad vnitates
remanent diuisæ et separatæ id est vni
tates neque aliquid vnum constituunt. E.
hinc colligendum 1o formam numeri o
esse aliquam entitatem rebus numeratis
additam vt fixerunt o nulli mentalis

cum collectio quæ est forma numeri
o est in rebus ipsis sed in mente

2° hinc colligitur quid censiendum sit
de vi aut efficatiâ quæ numeris tribui solet
nam si numerus ratione materiæ hoc est ut
res est numerabilis sumitur aliqua potest
esse illius vis ~~of~~ et ~~efficatia~~ ea scilicet quæ
est rei numeratæ at si numeri formam suam
spectes nulla in numeris vis esse potest quæq
iisvis tribuitur ex superstitione omnino profluit
nostrum enim intelligere vtroulgo ajunt
nihil ponit in re hinc ridenda seu potius
arguenda est regula quæ cuidam herbarum
vel granorum numero peculiarem
quandam in esse virtutem ad certos effectus
producendos superstitiose credit ~~tres~~ tres
affert Aristoteles qtitatis proprietates

1a est qtitas o habet ~~qtitat~~ contra-
rium hoc est una quantitas o est.

contraria alteri ratione sui quamuis possit
esse contraria ratione qualitatis adue-
nientis nam contraria maxime a se
distant atq una qtitas maxime distat
a alia v: g: magnum et parvum maxime
distant idem enim magnum et parvum
est diuersa consideratione. homo magnus
est comparatione formicæ parvus autem
comparatione hominis vulgaris Statura

2a distat qtitas magis et minus
una quidem quantitas major est altera
sed fit magis qtitas sic trabs centum
pedum est major trabe decem pedum
sed est magis qtitas

3a quantitas est fundamentum
aqualitatis et inæqualitatis, et qtitata
continua res dicuntur aquales vel
inæquales a qtitate diuersa

resdicuntur Pares aut impares sic duo equi pares st numero duorum leonum

Categoria Qualitatis

Qualitas nomen est latissime fusum et ad omnia fere pertinens 2o doctrina sti Thomæ 1a 2æ quæstione 94 articulo 2o in corpore definiri potest modus vel determinatio entis hoc que nomine intelligitur seu id quod essentiale est. imo et ipsa est ejus differentia seu id quod est accidentale multiplex igitur est qualitatis affectio

1o qdem qualitas sumitur pro omni differentia essentiali. sic rotunditas qualitas circuli dicitur

2o pro omni accidente et modo entis nam ad qlitatem cætera accidentia si forte qtitatem exceperis referuntur sic velocitas aut tarditas motus, Qualitas

qualitas ejusdem motus appellatur unde
fortasse minus proprie qualitas tquam
distinctum genus intra categorias repo-
nitur cum ipsa omnes categorias transcendat

Sed peculiari modo hic accipi solet
qualitas pro quibusdam accidentibus a
quibus res denominatur qualis Sic phia
dicitur qlitas a qua homo dicitur sapiens
qualitas Scripto hoc modo Sumpta definitur
accidens absolutum quod Substratum deter-
minat dicitur accidens absolutum vt
distinguatur a consequentibus pradi-
camenta quae dicuntur accidentia relativa

Quatuor St qualitatis Species celebratis-
sima Species ab aristotele ipso tradita habitus
et dispositio potentia naturalis et impotentia
patibilis qualitas et passio forma et figura
de quibus vide compendium metaphysicae

Tres qualitatis pprietates affert Aristoteles

1a est qualitas habet contrarium frigus v: G: calorem virtus vitium hæc et tamen dos o convenit omni qualitati nam o convenit potentiæ et impotentiæ, formæ et figuræ vt liquet neque etiam soli qualitati convenit nam relatio et actio habent contrarium

2a est qualitas suscipit magis et minus alius enim alio doctior doctior aut melior prudentior est hæc dos o omni qualitati nec soli convenit figura cum o sit magis aut minus figura neque etiam contrarietatis capax e o soli con quia convenit relationi actioni et cæteris ~~cat~~ categoriis

3a est qualitas est fundamentum similitudinis et dissimilitudinis nam in prædicamento substiæ quantitatis et qualitatis fundatur triplex ratio convenientiæ et discrepantiæ, quæ vero

conveniunt in qualitate dicuntur similia quæ discrepant dissimilia, hæc pprietate omni et soli qtitati convenit

Categoria Relationis

Tria priora prædicamenta dicuntur absoluta cætera vero quæ consequntur st relativa et aliquando vocantur accidentia logica hoc est quæ o possunt absolute existere aut cogitari sine ordine ad rem significatam

Inter hujusmodi accidentia 1um locum occupat relatio cujus intelligentia et notio facilis et aperta per se est tractatio vero laboriosa et involuta reddita ē nimia subtilitatis affectatione cum enim Relationem sicut et

cæteros rerum modos instar Entitatum habere cæperunt recensiores peripatetici tum abstractionibus et concertationibus rem bene apertam miscuerunt ut vix se expedire abiis possint tyrones

Difficultatem aut obscuritatem quæ in componendis referendis hisce quæstionibus ꝯ occurrit aliqua ex parte minuet qui eas ad aliqua capita revocabit.

in relatione considerari seorsum possunt essentia adjuncta hoc est subjectum, terminus et fundamentum divisiones seu species et ꝓprietates

Essentia Relationis

Relationomen abstractum ē significans apud ꝓhos ordinem seu respectum unius ad aliud. Synonima

Synonima S^tm ore phorum nomina respectus ordinis, habitudinis connotationis, comparationis, v: G: fraternitas et filiatio dicuntur relationes

Duo saltem exigit relatio vnum qd refertur alterum ad qd refertur id quod refertur ad aliud vocatur subjectu id ad qd refertur aliud dicitur terminus ambo simul dicuntur relata interdum aliqua causa datur cur vnum referatur ad aliud ea que distincta ab vtroque et vocatur fundamentum interdum nona datur causa distincta a subjecto et termino cur vnum referatur ad aliud

Nam vel relatio est subjecto suo essentialis cum nempe hoc essentialiter refertur ad terminum vt Relatio

Scientia ad objectum Scientia talis
relatio cum nihil sit quam res ipsa
prout respicit essentialiter terminum
fundamentum a exigitur relatio
e subjecto suo accidentalis cum semper
subjectum ad terminum referatur propter
aliquid accidentale qualis est relatio
parietis abbi A. ad parietem album
B. propter albedinem utrique accidentale
hæc quæ relatio causam habet a subjecto
et termino distincta quæ vocatur
fundamentum

Relatio accidentalis vocatur categorica quia peculiarem facit categoriam prior vero transcendentalis quia transgreditur relationem categoricam nemo dubitat quin sint relationes seu essentiales seu accidentales nam omnis fere cogitatio nostra nam in rebus comparandis

versatur sed de ejus essentia controuer-
titur in Scholis

Nominales et aliqui e recentioribus
volunt relationem nihil esse præter
mentis cogitationem unum cum alio
conferentis. Si vero quibusdam Peripa-
teticis credatur relatio est entitas a mente
prorsus independens ipsisque rebus adue-
niens ita ut ad mussa volatum quot
quot S^t in orbe corpora mutationem
aliquam subeant nouamque Entitatem
suscipiant pro variis corporum directio-
nibus

hæc controuersia ita dirimi potest
1° extra dubium est relationem o
esse entitatem aliquam imo ad jocum
et lubrium comparate videntur Enti-
tatule istæ relatiuæ

2° certum est quasdam permentem
ttum esse relationes vt relatio quæ
excogitatur a mente inter subjectum
et attributum ppsionis genus et speciem
quæ idcir eo relationes rationis vocantur
sed plurimæ st relationes quæ inveni
untur potius a mente quam efficiuntur
existunt que in rebus ipsis nemine cogi
tante vt relatio inter Patrem et filium
creatorem et creaturam; eæ relationes
reales appellantur vnde sit

Conclusio 1a

Relatio omnis o est modus cogitandi;
sed plurimæ st relationes reales seu in
rebus ipsis

prob. relatio est specialis ordo seu
habitudo vnius ad alterum vel aliquorum
inter se

atq existit in rebus ipsis et independenter
a mente Specialis ordo seu habitudo omnium
ad alterum v: G: dependentia circa
tuvarum a Deo ac omnes relationes sunt
inter facultates habitus et objecta sic
reales nec pendent a cogitatione nostrâ
sic etiam realis est minime quevis mente
cognoscente pendens relatio categorica
patris ad filium quia filium genuit
sic quo dres sint sibi æquales aut similes
id a cogitatione nostrâ oritur E:

Et certe Scientia fere omnes o
aliud fere quam relationes aut res
pectus rerum contemplentur sic
Geometria figuras inter se comparat
et quasnam inter se relationes habeant
considerat sic arithmetica rationes
seu relationes numerorum musica

sonorum proportiones prosequitur

E: relatio est quid reale independenter a mente existens nec solius cogitationis modus est saltem aliquando

Corrolarium

Hinc sequitur relationem o esse denominationem vt ajunt extrinseca nam denominatio extrinseca est ea quae petitur a forma o existente in subjecto denominato qualis est denominatio visini periete atq ~~cerul~~ si relatio o est ttum modus cogitandi sed in rebus ipsis existit o est denominatio petita a forma extra denominatum subjectum existente et vero duo homines docti dicuntur similes o ab aliquo externo sed a doctrina quam vterque intra se habet E:

r Relatio est comparatio
atq comparatio solùs est mentis
E:
Resp dist: maj r relatio est comparatio
objectiua hoc est objectum ipsum
comparationis C: est comparatio formalis
seu cognitio mentis comparantis &:
similiter dist: min: comparatio quidem
amente profertur sed ordo quidam
esse potest in rebus ipsis comparatis
v: g: Pater nemine cogitante refertur
ad filium
essentia igitur relationis in ipsis
rebus relatis quærenda est relatio quippe
essentialis nihil aliud est quam res ipsa pro
connotat seu respicit essentialiter terminum
Sic relatio scientiæ ad objectum suum et
creatura ad Deum nihil aliud est quam scien-
tia prout objectum connotat et creatura

respicit prout deum

Relatio vero categorica quae ~~videt~~ aliquod habet fundamentum videtur ipse fundamentum prout refertur ad terminum qd ipsa ē probandum est

Conclusio 2a

Relatio categorica est ipsum fundamentum prout respicit terminum

Prob: relatio categorica est ordo subjecti ad terminum ob verum ac reale fundamentum.

atq iste ordo nihil aliud est quam ipsum fundamentum prout connotat terminum v: G: relatio Parietis abbi ad parietem abbum nihil aliud est quam unius abbedo

prout alterius albedinem respicit si
quidem intellecto fundamento commotante
terminum intelligitur relatio ut attendenti
patet E.

et vero o St multiplicanda entia
sine necessitate ut saepe saepius admonent
phi unde si nulla sit necessitas distin
guendae relationis categoricae tum a rebus
tum a rerum modis relationi hic aliud
dici debet quam fundamentum prout
refertur ad terminum

atq nulla est necessitas distinguendae
relationis categoricae a subjecto funda
mento et terminonam duo sufficienter
intelliguntur referri ad se invicem
quando vel unum pendet ab alio, ut
effectus a causâ vel in eâdem qualitate
conveniunt ut duo parietes albi ad qd

vtrumque concipiendum abunde sufficit relationis fundamentum E.

Resp ad obj.

obj 1o: manet fundamentum pereunte relatione

E. relatio est ipsum fundamentum sed aliquid ab eo distinctum

Resp N. cons vel des. consq relatio o est solum fundamentum C. o est fundamentum prout connotans terminu N. o dicimus relationem esse solum fundamentum sed fundamentum pro vt respicit terminum vnde o est mirum so sublato termino et manente fundamento relatio pereat sic quamuis relatio similitudinis duorum parietum alborum nihil sit aliud quam albedo vnius prout connotat albedinem alterius

potest tamen esse albedo in uno sine relatione ad alterum si desinat alter existere

Ins. o potest idem esse sine ipso se

E. si maneat fundamentum pereunte relatione relatio o est ipsum fundamentum

Resp dis ante idem o potest esse sine se ipso quoad entitatem C. quoad connotationem N. potest enim aliquis existere et nihil externum connotare hinc iterum monemus fundamentum o esse quid idem ac relationem si fundamentum sumatur absolute et citra ullam connotationem

obj 2o. fundamentum crescere potest dum minuitur relatio, v. G. perfici potest albedo in Pariete cum similitudo interim minuatur similiter multiplicari potest

relatio quis remaneat idem fundamentu
vt in hoc vno infinitæ prope st relationes
ad omnes relationes

E? relatio est aliquid præter fundamentu

Resp N. cons: his enim et aliis quæ
afferri possunt intelligendis virtualis
f sufficit distinctio 1º quidem vt vno aucto
alterum o augeatur nam essentia rei
et entitas vnum et idem st realiter
quis augeri in corpore possit Entitas o
auctâ ejus essentiâ; 2º: vt vno aucto
et perfecto alterum alterum remittatur
nam relatio pprie o augetur qtum ad
entitatem sed ttum impprie qtum ad
denominationem.

obj 3º saltem relatio dici debet aggre-
gatum per accidens et subjecto funda-
mento et termino.

Resp N: psionem nam relatio spectata
in abstracto et ~~fun~~ formaliter est accidens
o Substia et proinde est potius funda
mentum prout connotat terminum
quam aggretatum per accidens ex subjecto
fundamento et termino ttum vero distin
guntur subjectum et terminus relationis
a relatione qtum differunt abstractum
et concretum relatio enim est abstractum
ut paternitas ~~fraternitas~~ subjectum
vero et terminus sunt concreta ut
pater et filius itaque ista o debent
potius confundi quam albedo et album
sed de ipsis relatis atque etiam de fun
damento relationis nunc agendum
est

Subjectum relationis

Ex duobus quæ simul comparantur id qd concipitur ad aliud vocatur Subjectum relationis sicut in relatione philipi ad Alexandrum quem genuit Philippus habetur ut Subjectum

Quæritur an Deus possit esse Subjectum alicujus relationis ad creaturas

Thomistæ et qui cum his sentiunt relationem esse entitatem distinctam a fundamento et adhuc adjunctam nolunt Deum referri ad creaturas licet creaturæ existentes ad Deum optime referantur id concedunt cæteri cum quibus sit eo

conclusio 3a

Deus Subjectum est relationis rcalis ad creaturas seu qd idem e aliqua e Dei ad creaturas relatio

Prob: inductione plurimarum Dei relationum seu essentialium seu

accidentalium ad naturas creatas nam
st in ~~Deo~~ Deo relationes essentiales omnipo-
tentiæ et scientiæ ad res quæ fieri possunt
et sciuntur in ipso etiam st plurimæ relati-
ones accidentales creatoris ~~ad creaturas~~
conseruatoris gubernatoris quibus o minus
ad creaturas

Et vero st in Deo fundamenta creatio
conseruatio
E. relationes in Deo esse possunt

Resp ad obj

obj 1o relata pendent ab inuicem
atq Deus o pendet a creaturis
E.

Resp 1o N. maj. nam ex eo quo relatorum
unum o possit cognosci sine alio o sequitur
relata a se inuicem pendere sed ttum
a mente o quidem ut sint res sed ut
st relata id e ut comparentur inter se

Resp 2° dist: maj. relata a se inuicem dependentia connexionis C: dependentiâ causalitatis N. Similiter dist: min: Deus o pendet a creaturis dependentia causalitatis C: dependentia connexionis N. Seu vt relatum ad correlato vnde N: consequentiam dependentia connexionis est ea quæ reperitur inter duo quorum neutrum sine altero concipi potest, quo dependentiæ genere Dominus pendet a seruo res a subditis quia neque Dominus sine seruo neque res sine subditis concipi possunt dependentia causalitatis est ea quâ vnum ab alio pendet vt effectus a causâ Deus o pendet a creaturis dependentia causalitatis, creatura quippe o est causa Dei sed Deus sub certis attributis cognitus pendere concipitur

concipitur a creaturis dependentia conne-
xionis nam Deus causa est quae creat et con-
serual creaturas existentes ac generatim
loquendo causa operans connectitur cum
effectis

obj 2o relatio categorica est accidens
quoddam
atq nullum est in Deo accidens
E.

Resp dist: maj relatio est accidens
logicum seu relationum C: est accidens
physicum N: similiter dist: min: ~~nullum~~
et N: cons duplex est accidens logicum ~~seu~~
et physicum accidens logicum seu relati-
onum ō ponit in re nouuam perfectionē
sed est ttum connotatio sic ambulare versus
orientem aut versus occidentem est accidens
relatiuum quod nullam dicit perfectionem
accidens physicum ē perfectio aliqua

v: g: Scientia respectu hominis relatio categorica est accidens logicum Sed relatium quod rem denominat tunc ipsi inharet, porro nullum est in Deo accidens physicum haec enim accidentia imperfectionem involunt a quo potest ni Deo esse accidens logicum, quia nullam includit perfectionem aut mutationem: unde potest ni Deo esse aliqua relatio accidentalis ad creaturas, haec quippe mutationem ni Dei naturam invehit Sed tunc ni res creatas aut incipiunt aut desigi definuunt

Terminus Relationis

terminus relationis definitur illud ad quod Subjectum refertur Seu id quod cum Subjectum in relatione comparatur Sic alexander est terminus Paternitatis qui a ad eum refertur Philippus et Pater

Circa terminum relationis duo aut tria quæri solent

1° an terminus sit de essentiâ relationis

2° an relatio terminetur ad absolutum

3° an multiplicato termino multiplicetur relatio

Postremam quæstionem in postremum comporam ubi de divisione relationis, duæ priores totidem conclusionibus hic solvendæ sunt

Conclusio 4ª

Terminus ipse ō est de essentiâ relationis sed sola termini connotatio

prob: illud ō est de essentiâ relationis quod ō continetur in relatione, sed connotatur ttum hoc est ipsa potius relatio ē quem admodum enim objectum scientiæ ō includitur in scientiæ essentiâ sed ttum de essentiâ scientiæ quod objectum suum respiciat sic de essentiâ relationis ō est quod terminum includat sed quod illum duntaxat respiciat unde relatio nihil aliud ē qm subjectum cum termino comparatum

Responsiones ad objecta

obj 1o illud est de essentia relationis sine quo relatio nec esse nec concipi potest atq relatio sine termino nec esse nec concipi potest E.

Resp dist maj sine quo tqam intrinseco relao nec esse nec concipi potest C sine quo tqm extrinseco nec esse nec concipi potest N. Sinu dist min. et N. consq id sine quo aliquid nec esse nec concipi potest vel intrinsecum vel extrinsecum illud est quid intrinsecum qd rem ~~et praesuppo~~ ~~situm~~ constituit e q vel ejus genus vel differentia vel pprietates illud est extrinsecum et connotativum duntaxat qd est extra rem positum eam que duntaxat respicit relatio autem o includit terminum tqam genus aut speciem aut pprietatem sed ttum connotat et supponit, vt oidere est in

relatione Scientiæ suæ ad objectum suum aut
si terminus in relatione includitur o in recto
nototivo casu includitur sed in obliquo ttum
hoc in genitivo, dativo, et ut cum der Pater est
filii Pater

obj 2°. terminus est in definitione relationis
E.
terminus est in definitione relationis tquam
quid extrinsecum et præsuppositum et conna
tum C. tquam quid extrinsecum et constituens
~~putá tquam genus~~ N. terminus o est in defini
tione tquam quid extrinsecum et constituens
putá tquam genus nam terminus positus
est extra relationis naturam sed est ttum
in definitione relationis tquam quid extrin
secum et prærequisitum et connatum
relao quippe prærequirit terminum abso
lutum et connotat terminum relativum

Sensus 2ae quaestionis vel unico exemplo conci-
pietur. Sit relatio patris ad filium. quaeritur
utrum paternitas terminetur ad filium formaliter in qtum filius est; an ratione funda-
menti quia genitus est a Patre

Thomistae volunt relationem referri ad
terminum relativum, Scotistae vero ad
absolutum cum quibus sit

Conclusio 5a

Relatio terminatur ad absolutum, o ad
relativum

prob: relatio terminatur ad terminum
qui prior est relatione nam terminus est
conditio ad relationem praerequisita, quâ
positâ ipsa statim emergit

atq terminus relatione prior est abso-
lutus o relativus nam terminus relativus
seu relatior opposita: v: g. filiatio o a
aliquid prius Paternitate a neutrâ pprie
pendet ab altera cum simul natura E:

Responsiones ad obj

obj 1° relatum seu subjectum terminatur ad suum oppositum.

E: terminus relationis est relativus

Resp dist: ante relatum terminatur ad suum oppositum materialiter seu fundamentaliter, ut ajunt, spectatum C formaliter spectatum, seu in qtum oppositum aut relativum est N: nam paternitas v: G: terminatur ad id quod ex parte termini facit ut pater, sit pater, atq id quod ex parte termini facit o est filiatio v: G: sed generatio passiva si quis enim petat quare Philippus est pater alexandri nemo respondebit quia Alexander est filius philippi sed quia procreatus fuit a Philippo E: unum relatum o terminatur ad suum oppositum

Seu correlatum formaliter, sed funda-
mentaliter sumptum

Ins: paternitas formaliter opponitur
filiationi

E: ad eam quoque terminatur

Resp dist: ante paternitas opponitur
filiationi ut correlato C: ut termino N:

Ins relatio pendet a suo correlato

atq ab eo pendet ut a correlato E:

Resp N: min: pendet enim relatum
a suo correlato quod inter utrumque sit
necessario connexio tquam inter duo extrema
aut duo relationis subjecta

Obj 2o: relatio terminatur ad terminum
ut terminus est

atq terminus ut terminus est est quid
relativum: terminus enim est terminati
terminus: E:

Resp N. min. terminus enim ut terminus est o est id omne quod refertur alioquin o consideraretur ut terminus sed ut subjectum proinde o est quid relativum

obj 3o unum relatum cognoscitur per aliud relata quippe simul dicuntur cognitione

atq relao definitur per terminum

E.

Resp N. maj neque enim relata dicuntur simul cognitione quia unum cognoscitur per aliud seu una relatio ut paternitas formaliter cognoscitur per filiationem sed quia unum cognoscitur ante aliud quare qui cognoscit unum relatum aliud simul cognoscit materialiter spectatum qui cognoscit Patrem simul etiam novit filium in qtum est homo est genitus

Fundamentum Relationis

Jam diximus quid sit fundamentum relationis tum etiam quid ad relationem pertineat ejus fundamentum imprimis vero observavimus ō omnia relata exigere fundamentum distinctum a subjecto et termino sed illa tum in quibus relatio ō ~~exig~~ existit positio solummodo subjecto et termino ita relatio dominiō existit ~~ex~~ etiam si existat Petrus et paulus existat sed opus est ut accedat conductio ac locatio Dominii fundamentum

Nunc videndum super est quo tuplex sit fundamentum et ex quibusnam rebus peti debeat

Duplex fundamentum proximū et remotum. fundamenta autem

relationum ab omnibus categoriis petuntur de quibus videri potest compendium metaphisicæ

Divisio Relationis

multismodis diuiditur relatio

1° in realem et rationis

Relatio rationis est ea quam mens facit ō invenit vt relatio subjecti et prædicati generis et differentiæ

Relatio realis est ea quæ invenitur potius a mente quam efficitur seu quæ independens est a mente cogitante qualis inter ce dit inter patrem et filium quippe nemine cogitante is qui genuit vt pater refertur ad eum quem genuit vt filium

2° relatio dicitur vel increata vel creata

Relationes increatæ a teologis dicuntur perfectiones quædam et personales seu quibus vna persona diuina ad aliam refertur et ab ea distinguitur quæ perfectiones quatuor sunt Paternitas, filiatio, Spiratio actiua et Spiratio passiua

Relatio creata est ea quæ est in rebus creatis mutuus scilicet earum ordo ad se se

multum discrepant relationes quæ dicuntur diuinæ et relationes creatæ diuinæ etenim quæ a naturâ diuinâ ō distinguntur substiæ st et infinitæ, creatæ vero st quædam accidentia quæ frequenter in solâ mente existunt vnde minus opportune forsan phi relationes creatas diuinis relationibus explicare consueuerunt vnde etiam de relationibus diuinis quæ subsistentes st in sanctissimâ trinitate silendum nobis esse hic arbitramur

3° relatio in rebus creatis Barbare dicitur esse sdum esse vel sdum dici

Relata dum esse sunt ea quorum
tota essentia consistit in respectu ad aliud
vt Pater et filius ea quae quoniam in nullo
alio praedicamento quam relationis reperun-
tur vocantur categorica

Relata dum dici sunt ea quae cum
sint res absolutae nomine tamen referuntur
ad aliud vt mouens et motum creator et crea-
tura quae sunt res absolutae respectum aliquem
dicentes

4° relatio vel est accidentalis vel essen-
tialis cujusmodi quae definitionem jam
dedimus illa haec vocatur categorica haec transf
cendentalis dici solet

5° relatio accidentalis vel est aequipa-
rentia, id est ejus de nominis in subjecto
et termino vt aequale dicitur aequali aequale
amicis amici vel est disquiparentia seu
diuersi nominis in subjecto et termino vt domi-
nus seruus Pater filii

6o relationes vel st ejusdem generis
nempe quæ ni eadem categoria fundantur
vel diversi generis quæ fundantur in diversis
categoriis

7o vel st ejusdem Speciei vel diversa
unitas autem Specifica relationis
desumitur a subjecto solo nam ni eadem
subjecto infinitæ fere relationes Speciei
diversæ concipi possunt

Non a solo fundamento nam idem
fundamentum constituere etiam potest
relationes Speciei diversas eadem v. g.
albedo fundare potest similitudinem
vel dissimilitudinem

Non etiam a fundamento et termino
materialiter sumptis prout fun-
mentum et terminus st quantitas et
qualitates, nam eadem est Speciei similitudo
seu relatio inter duos homines doctos

licet habeant terminos diversæ speciei
et fundamenta diversæ ꝑ speciei materia
quippe numerorum duæ diversæ ō mutat
speciem numeri sicut diversa fundamenta
materialiter sumpta species relationis
distinctas ō efficiunt

Superest igitur ut specificetur relatio
fundamento et termino formaliter
sumptis, nempe in qtum fundamentum
obit munus fundandi et terminus fungitur
officio terminandi et vero res quæque
suam specificam unitatem inde
repetit, unde habet esse cum ens et unum
convertantur atq relatio habet esse a fundamento
ut a suâ causâ et termino quem connotat et ad
quem coordinatur E: ab utroque unitatem et
distinctionem specificam mutuatur

ab unitate quoque et distinctione numericâ
fundamenti et termini petenda est unitas
et distinctio numerica relationis. nam si
numero t. st termini plures relationes

quoque numero distinguantur totque st
relationes existentes, quot st individua ad quae
pertinet relatio

Ex quo solvitur quaestio utrum in eodem
subjecto multiplex sit relatio pro multipli-
catione numerica terminorum quare dero sit

Conclusio 6a

Multiplicatur relatio pro multiplicatione
terminorum

probant relata st simul natura et cooe
ut vulgo ajunt

at ~~ces~~ cent simul natura et cooe nisi
multiplicarentur numero, relationes
pro multiplicatione terminorum paternitas
enim hominis esset prior filiatione sdi
sui filii E:

unum addi potest illud verum esse de
multiplicatione numerica terminorum
totalium et minime subordinatorum
nam vulgo docent Patrem referri per
eandem

Per eandem relationem ad filium suum et ad filios filii sui quoniam ii terminatt st subordinati; similiter volunt filium referri ad Patrem et matrem eadem relatione quia st termini partiales o totales quâ de re acriter disputandum esse o arbitror

Dices 1o una sufficit paternitas ad plures filios: E:

Resp: nam cum sit duplex fundamentum proximum scilicet duplex generatio actualis debet esse duplex paternitas

Ins: si homo multas haberet paternitates ad multos filios eet multi patres quod absurdum est

Resp ppsionem nam vt concretum multiplicetur o sufficit quod forma multiplicentur. sed requiritur vt subjectum multiplicetur. si quidem concretum duo duo dicit subjectum et formam. hinc

est vnus Petrus homo, licet in ipso sint plures formalitates v: diuersæ. igitur licet in petro plures sint paternitates, Petrus o est pater multiplex sed vnus pater aut multoties Pater sicut qui callet multas artes o est multi artifices

Dices 2o o possunt esse in eodem subjecto plura accidentia solo numero distincta

E

Resp dist: ante plura accidentia physica esto. relatiua aut metaphysica N: relao a e accidens relatiuum o absolutum

Proprietates relationis

Quinque numerantur ab aristotele relationis pprietates

1a relatio interdum suscipit majus et minus sic res est magis et minus alteri similis

2a est alteri aliquando contraria vt similitudo contraria est dissimilitudinis eæ duntaxat relationes st sibi contrariæ quam fundamenta et termini contrarietatem inter se exercent, vt relationes qtum inter se

3ª relata se se mutuo dicuntur seu vt ajunt reciproquantur hoc est inter subjectum et terminum intercedunt relationes duæ in qrm vna quod fuerat subjectum sic terminus in altera et vice versa, sic Pater est filii pater et filius et patris filius reciprocatio relatorum et conversio mutua subjecti et termini sæpe o apparet, quia desunt vocabula idonea ad exprimendum vel subjectum vel terminum, et hinc quod o nullis videantur ac dicuntur esse relaoes o mutuæ v: G: æam est inter Patrem et totum, et tamen sæpissime o adest vox idonea alterutri significando

4ª relata St simul natura nimirum in qtum relata St sic qui pater est o prius pater fuit quam filium haberet

5ª relata St simul cognitione vnum enim relatum nequit sine altero vt correlato cognosci sic nec seruus sine domino nec filius sine patre potest cognosci

Scx

vltima categoria

Aristoteles vno capite agit de Sex postremis categoriis

actio et Passio clarioribus terminis explicari vix possunt, actio tamen definitur ni scholis actus agentis ni q tum est agens passio vero actus est agentis ni q aliente recaptus actio igitur et passio sunt vnum et idem reipsa sed dicitur actio prout est a causa et passio et passio prout recipitur ni subjecto

Actio diuiditur ab Aristotele in immanentem et transeuntem illa nihil extra agens producat voluitio, amor hæc vero extra agens aliquid efficit vt calefactio

vbi est presentia vel in loco, duplex vbi distinguitur, definitum et circumscriptum pro duplici genere subjtia quæ in loco esse dicitur

vbi circumscriptum est presentia rei qua tota est in toto loco, et secundum varias sui partes varijs respondet loci partibus

quomodo in loco existuunt corpora vbi
definituum est presentia certo cuidam
Spatio sine rollā circumscriptione a partibus
Spatii aut diuisione et expulsione corporum
ab isto Spatio hic modus existendi in loco
Spirituum est qui toti st in toto loco et toti
in singulis Loci partibus

Quando est rei duratio siue relatio
rei durantis ad tempus quia vero o eodem
modo res omnes existere perseuerant id
circo triplex duratio distinguitur aeternitas
aeuum et tempus de quibus deinceps agemus

Manifestum est vbi et Quando nihil
ee nisi res ipsas in qtum locum et tempus
connotant

Situs est dispositio partium corporis
vt sedere valet stare

habitus coloci est res quaedam arte
factā alteri corpori adjuncta vel tqam
ornamentum vel tquam indumentum
vel tqam arma, vt corona, toga,

Pileus, Galea unde habitus inter accidentia reponendus ō est sed inter substias licet accidentarius dici posset respectu hois

Explicatis hoc toto articulo categoriis quas instituit Aristoteles atque resolutis quaestionibus omnibus quas in interpretando hoc tractu agitant ejus commentatores, locus nunc occurrit tradendarum categoriarum sdum schema nouum recensiorum phorum verum breuitatis causâ atque etiam propterea quod nihil iis addere possimus quae super eâ materiâ in compendio dicta st hunc sdum articulum omittemus nimirum suam de categoriis tabulam definitionibus facillimis diuisionibusque ab ipsâ naturâ factis contentam esse voluerum phi recensiores nullasque accersunt quaestiones, quibus aut se aut alios impediant

Caput 6um

de attributis tum enti tum modo entis communibus quae vulgo principia entis metaphisica vocantur.

attributa alia sunt transcendentia

alia categorica hoc enti aut modo entis seorsu
competunt neque extra substia aut modi ali
cujus categoriam exeunt illa enti et modo
entis promiscue conveniunt seu categorias
tum ipsius entis tum cujus lib et accidentis aut
modi transcendunt, seu enti soli seu soli entis
modo ppria st attributa illa capitibus antece-
dentibus considerabimus nunc ea conjunctim
explicari oportet quae et enti et modo entis
st communia promiscue

Hujusmodi vero attributa transcendentia
appellari in scholis solent aliqui principia
principia entis metaphisica alia entis
ppietates attributa transcendentia nominis
sequenti capite tum explicabuntur de iisque
principia entis metaphca vocentura quo hoc capita
initio interpretanda vox est principii metaphysici
principium nomen est late patens sed hoc loco
significat partem entis constitutivam, metaphi-
sicum vero principium id definiri potest quod
ita pars rei esse concipitur, ut realiter a altera
comparte o distinguatur.

Multiplex est hujusmodi principium
nominantur imprimis actus et potentia possi-
bilitas cui opponitur impossibilitas essentia et
existentia, essentia et entitas natura et
Singularitas Subjectum et adjunctum ter-
minus et res terminabilis genus et differentia
de quibus ordine quo enumerantur dicendum

Articulus 1um

de actu et potentia

actus idem est ac perfectio duplex est
actus Sui et actus alterius
actus Sui est ille qui nullius Subjecti forma
vt Deus, Angelus, Sed Deus maxime actus
Sui est et a Theologis actus purus vocatur
quoniam nova nulla ei potest accedere
perfectio omnes quæ propter divinam
naturæ magis ac magis perfici possunt
actus alterius ille qui accedit forma
alicujus Subjecti, qualis est mens humana
respectu corporis humani, vel existentia

respectu essentiæ multas hujus actus divi-

siones

1ª est in physicum et metaphisicum

actus physicus est ille qui subjectum

physice afficit quando que est substia

quædam a subjecto vel ea distincta cujus

modi est mens hominis respectu corporis

humani quando que est modus realis et

physicus aut rotunditas respectu ligni quæ

a ligno distinctionem realem saltem mimori

secernitur

actus Metaphisicus est ille qui subjec-

tum denominat tum a physice afficit

qualis est Spiritualitas aut rationalitas

respectu mentis hic vero actus a suâ

potentiâ seu subjecto quod perficere

intelligitur vel revera a secernitur

2º alius est substantialis actus alius

accidentalis

actus substantialis est suis essentialis

est ille qui pertinet ad essentiam rei

cujus est actus talis est rotunditas respectu circuli

actus accidentalis est ille qui pertinet ad essentiam rei cujus e actus talis e rotunditas respectu Seræ

3° actus phisicus vel est primus vel 2us

actus 1us e ipsa agendi vel patiendi seu recipiendi potentia vt intellectus et voluntas

actus 2us est actio vel passio seu modificatio quæ e complementum actus 1 v: G intelligere et velle vnde intelligere in actu 1° idem est ac posse intelligere intelligere vero in actu 2° idem e ac actu percipere

Potentia est agendi vel patiendi seu recipiendi aliquid capacitas vnde duplex est actiua et passiua

Potentia actiua est vis aliquid agendi; talis est voluntas hominis quæ amare potest

Potentia passiua est capacitas aliqd recipiendi talis est potentia in materiã ad recipiendam figuram quidquid a balio siue reipsã siue permentem perficitur idm potentia esse respectu illius perfectionis dicitur vt essentia respectu existentiæ a quã perfici dicitur

Passiua potentia duplex est physica et metaphysica quod

Physica potentia est capacitas actus phisici a quo realiter distinguitur vt corpus humanum respectu humanæ mentis

Metaphysica potentia est capacitas actus metaphysici recipiendi vt genus respectu differentiæ hæc proinde a suo actu reuera o distinguitur

Rursum vero potentia seu actiua seu passiua diuiditur in naturalem et supernaturalem siue vt ajunt obedientialem

Potentia naturalis est vis a natura rebus insita ad actum seu effectum cuiq accommodatum; talis est potentia philosophandi in mente aut figuræ recipiendæ in sera

Potentia supernaturalis sive obedientialis est ea quâ res creatæ creatori suo mancipatæ et obediens ad aliquid supernale seu supernaturæ vires euchitur vt hominis mens ad patrenda miracula vt etiam aqua naturalis ad gratiam in Batismo conferendam

distinguntur apud phos hi tres loquendi modi ee actum, ee actu, ee in actu nam esse actum idem sonat apud ipsos ac ee perfectionem seu complementum rei alicujus aut ee terminum potentiæ; sic lumen dicitur actus corporis lucidi; ee actu, ee existere v. g. sol est actu quia existit, tandem esse in actu est perfectionem aliquam obtinuisse vt aër in actu luminis cum est lucidus

Similiter aliud ē ēē potentiam aliud ēē potentiā aliud ēē in potentiā ēē potentiam est ēē ipsam capacitatem agendi vel patiendi ēē potentia ē posse existere, ēē in potentiā ē habere aliquam perfectionem et tendere ad majorem v: G: corpus quod mouetur dicitur ēē in potentiā respectu termini ad quem tendit quia jam habet aliquem actum o omnem quem habere potest

de actu nihil quærunt phi: in potentiam vero obedientialem fusus est ipsorum sermo in ejus existentiam tum in ejus naturam et terminos ac effectus paucas e multis quæstionibus sol uemus. hujusmodi enim quæstiones rationis et phiæ fines præter grediuntur

Quæritur 1º utrum detur potentia obedientialis

Resp dari potentiā obedientialem nam Deus supremum habet in quascunque res creatas dominum in his que eo quo voluerim modo uti potest

Adde quod exemplis plurimis hæc poten-
tia declaretur, seu per miracula facta multo-
ties aut houm aut substiarum maalium admi-
niculo seu presertim per sacramenta novæ
legis quam gratiam abundantem adjungere
voluit Deus et annectere multimodis
signis externis

Quæres 2° utrum ꝑ potentia obedienti-
alis extra creatæ rei naturam fuerit

Resp. extra rei creatæ naturam o ce
quod creatura ex conditione suâ ita necessario
subjicialur ut ab eo ad libitum adhiberi
possit tqam instrumento quo utitur e
tamen supra et ꝑter illius naturam
seu præpter consuetum naturæ ordinem
nam vi G. æquæ supra et supra
naturam suam beatum Petrum
ambulantem sustinuerunt

Quaritur 3° quomodo potentia obedientialis
distinguatur a naturali

Resp potentiam obedientialem ore sed
cogitatione tum a naturali potentia sive
potius a natura rerum distinguit nam potentia
obedientialis nihil est aliud quam essentialis
dependentia creaturæ per quam Suo creatori
mancipata ad aliquid Supernaturale evehitur
atq ista dependentia creaturæ per cogita-
tionem solam a potentia naturali secernitur
est enim ipsa potentia naturalissimq tum
pro beneplacito Dei ad aliquid Supernaturale
evehitur v: G: potentia obedientialis qua
mentibus hominum est ad Suscipienda
Spiritus Sti dona nihil est aliud quam mens
ipsa donis Spiritus Sti justa effecta

Dices potentia obedientialis e Super-
naturalis

Ea facultate naturali revera
distinguitur

Resp dist ante, potentia obedien-
tialis est Supernaturalis ratione termini
quem connotat C. intrinsece, et ratione
sui N. quare nego cons. potentia igitur
obedientialis o alia ratione dicitur Super-
naturalis quam quod ad aliquid Superna-
turale quod ipsi externum est euchatur
o vero dicitur Supernaturalis quod sit res
vel entitas ordinis Supernaturalis in ente
aliquo naturali posita

Quaeres 4o quousque potentia obedien-
tialis extensa sit. St qui eam ita exagge-
rant vt in quolibet ad quod libet effici-
endum aut recipiendum eam ee ~~ss~~
existiment adeo vt musca v. G. hominem
procreare possit et lapis si o diuo saltem
mortuo modo, ita enim loquuntur, Deum
intueri alii ipsam ad costtum effectus
per ~~fectos~~ tinere existimant ad quos res
per Potentia~~tem~~ obdientialem euecta

euceta quendam habet habitudinem
aut relationem

Sed hic vtique fateor invitum me
ad hujusmodi quæstiones quæ circa res
possibiles et potentiæ diuinæ objecta mouen
tur accedere cum de iis nihil fere certi
liquere possit ac si quid liqueret o id
esset ttum vt rerum quæ st contem
platione negleta quid videatur fieri
posse anxie inquirendum esset

ac quoniam nulli quæstioni quæ
in Scholis pponantur parcere ppsitum
mihi est. Resp id autem ttum dico quod
Scio. 1o certo tenendum est Deum o
ttum efficere posse quæcunque ab humana
mente clare et distincte cognoscuntur
verum etiam alia plurima quæ nos
trem intelligendi vim superant. 2o quæ
autem manifestam habent existendi
repugnantiam et impossibilitatem

v: G: quod lapis videat Deum ea quoniã nihil sunt nec aliquid esse possunt intra potentiam diuinam o contineri 3º nihil tamen circa objecta potentiæ diuinæ quæ infinita est et immensa nisi Deo reuelante pronunciari nominatim a nobis possit

Articulus 2us

de possibili et impossibili

Possibile generatim dicitur id quod potest fieri impossibile vero quod ce o potest differt possibile a futuro nisi id quod futurũ est existentiam habiturum est o item omne quod est possibile quapter omne quod futurum est est possibile o vice versa quid sit res possibilis, ~~res possibilis~~ prout Boss e et vnde nam ea proueniat seu talis reputanda sit quæstiones st obseruatu digna 1am ita soluo et defi-

nio

Conclusio 1ª

Possibile prout possibile, nihil est aliud quam ipsa causa per quam res fieri ipso esse potest a Deo

prob.: Nihil nihil est quam causa ipsa per quam produci potest a Deo quod nihil veritatis habet nihil perfectionis aut bonitatis extra 1am causam atq; res possibilis quandiu possibilis est nihil veritatis aut perfectionis habet extra causam 1am, nam est possibilis quandiu possibilis est extra Deum o est. E.

De Possibilitatis autem modo ac fundamento varia sunt opiniones

Cartesiani possibilitatem et impossibilitatem verum fatunt ab omnipotentia divina vel a voluntate divina ita ut ea sint possibilia quae Deus vult facere possibilia ea vero impossibilia sint quae Deus vult ipse esse impossibilia hinc docent

quæ possibilia a Deo fieri posse impossi-
bilia et vicissim v. G. fieri potest, inquiunt
ut bis duo faciant quinque

alii volunt possibilitatem et impossi-
bilitatem rerum a necessariâ attributorum
consentione aut repugnantiâ repetit, ita ut
possibilitas entium sit immutabilis

alii demum ex utroque capite, hoc e
ex voluntate Dei et ex consentione attribu-
torum possibilitatem repetunt

Quorum ut sententia intelligatur,
aduertendum dici posse aliquid possibile
duobus modis vel absolute et primario vel
respective et secundario nimirum res
quælibet spectari potest vel in qtum
naturam habet aliquam vel in qtum
existentiam habere potest seu creare

Possibilitas primaria et absoluta est
ea quâ res habet ut sit aliquid seu in
ratione entis seu in ratione modi entis

Possibilitas Secundaria et respec
tiua est ea a quâ res habet vt sit possi
bilis in ratione creaturæ seu vt existen
tiam habere possit

vterque ille possibilitatis modus reuera
possibilis nam possibilis nihil ē Secun
dario quod ō sit primario possibile et
quid quid possibile est primario est conse
quenter possibile primario attamen
vtramque possibilitatem vt alvarie
explicant primariam possibilitatem
repetunt a consentione attributorum
Secundariam autem ab omni potentiâ
Dei

hæc ce opinio conjungendis cartesia
norum et Peripateticorum animis
efficax ō ē, interualla opinionum quib
st diuisi ō tolli: Sed Peripateticis tribuit
quid quid volunt omnino nihil cartesianis
concedit, etenim in ancipiti et variâ

notione nominis alicujus possibilitas dissidium ipsorum o e ambo possibilitate intelligunt pprie dictam seu eam quae primariam nominatur de hac scholâ inter se decertant de altera vero quae possibilitas secundariâ appellatur disputationem nullam habent

Quapropter cum postrema hac sententia difficultatem presentis ō minuat e duobus aut Cartesii aut Peripateticorum opinionibus eligenda vna est sic porro statuendum esse arbitror

Conclusio 2a

Possibilitas pprie dicta seu vt quidam loquuntur absoluta petenda e ex consentione seu ex o repugnantia attributorum

prob: ab eo repetitur possibilitas pprie dicta seu absoluta, quo precis e cognito ponitur hac possibilitas

atq posita attributorum consentione ponitur possibilitas absoluta nam statim atque

attributum cum Subjecto conjungi potest
sive ex rei in actu posita nihil sequitur absurdi
illico res intelligitur possibilis. Ei.

Et vero si possibilitas absoluta rerum
pretenda esset a confentione attributorum
defumenda esset vel ab omnipotentia Dei
vel ab ejus voluntate

atq neutrum dici potest tum quia
tunc nulla posset afferri ratio cur alia
res sint possibiles, alia impossibiles cum enim
omni potentia Dei sit infinita nullaq res
re coacta concipiatur nihil videretur impos
sibile tum quia necessaria et immu
tabiles sit rerum natura vi. Q creatura
omnis essentialiter et necessario est a Deo
dependens. Ei.

Respones ad objecta

obj 1o omnia possibilia pendent a Deo
Ei. rerum possibilitas primaria et absoluta
ab deo omnipotente pendet o a repugnantia
ideaarum

Resp distante omnia possibilia pendent a Deo prout st creabilia C. prout st naturae quaedam N vel subsdis, pendent a Deo, hoc est ab ideis divinis C. hoc est a voluntate divina N. quare N. consq resigitur spectari possint vel prout st creabiles vel prout st res equidem res priori modo spectata ab eo omnipotente pendent ni ttum enim rationem creaturarum habere possunt ni qtum existit superior causa a nulla pendens, at res posteriori modo spectatae a Deo minime pendent a Deo ni quam ni qtum vult et est omnipotens pendent tamen ab immutabilibus dei ideis, quibus cum essentialiter consentire eas oportet

Ins omnis perfectio venit a Deo atq possibilitas absoluta est perfectio E possibilitas rerum absoluta a Deo profluit

Resp dist. maj omnis perfectio venit a Deo hoc est participatio quædam est divinæ naturæ sdum dei immutabiles dei ideas C. secundum dei decreta &c. concedo min. et similiter dist. min.

obj 2° omnipotens omnia facere potest E. possibilitas absoluta a Deo pendet ita etiam ut quæ st impossibilia fieri possint possibilia

Resp &c. cons nam quamvis omnipotens possit omnia facere o tamen facere potest ut quæ st impossibilia possint ee possibilia: si posse facere ut impossibilia sint possibilia sit o posse facere aliquid atq facere ut possibilia sint possibilia o est posse facere aliquid impossibile enim est nihil. E. etiam sa Deus possit omnia facere o tamen possibilitas absoluta

a Deo pendet

Inst Si res ita se haberet omnipotentia Dei penderet a rei possibili atq absurdum consequ

E:

Resp dist. maj penderet a re possibili dependentia connexionis C causalitatis N. Smi dist. mm. et N. consq. absurdum est omnipotentiam Dei a re possibili dependentia causalitatis hoc est effectus a causa o autem dependentia connexionis qualis est inter relatam

Quaeres quid sit consentio seu o repugnantia attributorum rei alicujus

Resp Si res existat possibilitatem illius esse ipsam met rei entitatem in qtum dicit ordinem ad Dei ideas sempiternas ad quarum imitationem producta res fuit Si vero res o existat sed sit mere possibilis dicendum est

consentionem istam esse realiter ideas
Dei cujusvis rei possibilis representativas
seu esse naturam divinam in qtum
infinitis modis participabilis est

Articulus 3us

de essentiâ existentiâ et entitate

Essentia ē id quod primum in re concipitur
sive ē id quod respondetur ad quæstionem
factam quid res sit, sic humanitas seu mens
et corpus phisice unita st existentia hominis
essentia Ē rei genus et differentiam vel
loquuntur ideo que ipsa fons et origo pprietatum
entis, pro essentiæ voce interpretentur in
scholis voces quidditas ratio formalis rei precisæ
entitas exceptus formalis

Existentia est positio rei extra nihil
sive ē id quod actu ē aut id quod respondetur
ad quæstionem factam ~~quid~~ an res sit

Entitas ex ipsa prout subjectum omnium attributorum essentialium modo sed accidentalium quae alicui rei conveniunt v. g. hominis entitas est ipse homo prout rationem habet subjecti. in quo subtantum quaedam attributa essentialia, animalitas et rationalitas, sed plurima etiam accidentalia et in gratia attributa v. g. Sanitas aegritudo, variique habitus seu mentis seu corporis hinc variari potest entitas licet eadem permaneat. v. g. anima rea entitas variatur cum scientiam acquirit aut perdit, et tamen eadem permanet cum sit semper substantia spiritalis

Non magnum est negotium differimen inter essentiam, essentiam, et entitatem essentia existentia, et entitas hominis v. g. est quidem, nam essentia hominis a mens et corpus hominis, existentia itidem a corpus et anima hominis quae simul unita

quae simul unita existunt, postremo hois
entitas ē homo seu mens et corpus physice
unita. idem in aliis rebus observari potest
sed tria ista nomina varias ejusdem rei consi-
derata rationes explicant. essentia et exis-
tentia st inter se ut potentia et actus,
essentia vero et existentia se habent ad
entitatem ut formae ad subjectum. essia
ut forma essentialis existentia ut forma
accidentalis sed quia formae essentiales
variari ō possunt additā vel demptā
perfectione essiali quin omnis forma
statim pereat et tamen subjecta variari
possunt multismodis absque eo quod destruantur
hinc essia si quid ipsi adjicias vel adimas
ō eadem remanet at vero entitas variari
possunt et tamen permanere eadem,
nam v: g: tota corporis entitas manet etiam
dum novas subjnde formas induit

ista et si clara sint et ex definitionibus allatis facile consequentur attamen definiendum est disputando propter consuetudinem scholarum quaenam sit distinctio inter essentiam et existentiam rerum creatarum rerum inquam creatarum nam cum essentia Deo essentialis sit et ad ~~genus~~ ejus essentiam pertineat quaerere fas o e utrum essentia et existentia dei distinguatur

Conclusio

essentia et existentia in una eadem eadem quae re sed sola cogitatione distinguntur

Prob: 1a pars ca o distinguntur realiter quae sunt unum et idem

atq essentia et existentia sunt unum et idem nam essentia petri v: g: nihil est aliud quam mens et corpus Petri existentia vero est corpus et mens Petri prout existunt E:

Et certe essentia o potest esse seu existere sine existentia nam vt existis terminis patet neque vicissim existentia potest esse sine essentia nam existentia e necessario rei alicujus adeo vt alicujus existentia essia E.

Prob: 2a pars eam per mentem distinguntur quae diversis conceptibus percipiuntur atq essentia et existentia diversis conceptibus percipi possunt essentia enim concipitur vt id quod est vel ee potest, existentia vero vt id quo aliquid e vel esse potest praeterea essentia concipitur vt potentia existentia vero vt actus, demum essia vt necessaria existentia vero vt contingens spectanda est

Respsiones ad obj

obj 1o: actus et potentia inter se vere distinguntur

atq essentia est existentia, existentia vero e actus

E

Resp dist. maj. actus phisicus et potentia phisica inter se reuera distinguntur C. actus Metaphysicus et potentia Metaphysica, reuera distinguntur N. Similiter dist. min. et N. conseq actus physicus et potentia physica reuera a se inuicem distinguntur, nam potentia physica est res quaedam actu existens quae separari potest a suo actu ut paries ab albedine, actus etiam phisicus est res aliquando sui entitas a subjecto distincta qualis est mens humana respectu corporis humani tuncque distinctione reali majori distinguntur ac actus Metaphysicus et potentia Metaphysica aliter se habent nam St vna et eadem res quae diuersa

diversa ratione dicitur actus et poten
tia essentia et existentia St potentia
et actus metaphysicus proinde ore
sed cogitationes ttum a se se distinguntur

obj 2o: essia est necessaria et exis
tia est contingens

Ercuere a se invicem distinguntur

Resp N: consq potest enim eadem
dici necessaria et contingens sub diverso
respectu v: G: Petrus est necessarius
in qtum ex mente et corpore constat
tum que spectatur ratione essentia
contingens vero e in qtum potest
existere vel o existere.

obj 3o essia nisi rea creata realiter
distinguatur ab existentia creatura
esset suum esse seu dici posset exis
tens per suam existentiam

atq falsum consq soli enim Deo
convenit existere per suam essentiam

E

Resp dist maj creatura esset suum
ee identice vt ajunt et dici posset exis-
tens per suam essentiam idē per aliquid
a suā essentiā indistinctum, C: creatura
est suum ee formaliter suie necessaria
et dici posset existens independenter a
causā N: Smi dist mm: creatura enim
o est suum esse formaliter suie neces-
seriam o includit in sui ideā existentiam
sed creatura est suum esse identice
nam quandiu existit creatura existit
existentia sibi ppria et realiter indis-
tincte a se

Inst. idea rei includit necessario
quaecunque St onum cum istāre

E si existentia identificaretur
cum essentiā creaturarum idea
creaturarum includeret existentiam
et consequenter creatura est suum
ee formaliter

Resp dist ante idea rei includit in se
quid quid identificatur primario et forma-
liter cum ista re C Secundario et formal
materialiter illud identificatur primario
et formaliter cum re aliqua quod ingreditur
conceptum ejus formalem ita vt res nec esse
nec concipi possit quo modo animalitas et
rationalitas identificantur cum homine
illud identificatur Secundario et materialiter
cum aliqua re quod ita pertinet ad rem
illam vt ejus tamen conceptum formalem
o ingrediatur et hoc modo facultas ratio
Sermocinandi identificatur cum homine
porro existentia identificatur cum crea-
turis Secundario et materialiter o vero
primario et formaliter o enim ingreditur
conceptum creaturæ vt potè quæ sine
illa concipi possit

obj 4o Sed aduersus 2as1e conclusionis
partem essentia o potest intelligi sine
existentia E

Resp distante essia o potest
intelligi sine existentia possibili C actuali
v.i essia igitur o potest intelligi sine
existentia possibili nam essia et id omne
quod clare et distincte concipitur potest
existere Sed essia potest intelligi sine
existentia actuali non essia semper
o existit

Inst Saltem essia actualis o potest
concipi sine existentia actuali. E

Resp distante o potest concipi sine
existentia sibi adiuncta C sine existentia
inclusa aut sibi formaliter identificata
v.i essia quidem actualis o potest concipi
quin concipiatur vt habens adiunctam
existentiam Sed potest concipi absque
eo quod confundatur formaliter cum

existentiâ ita dominus ō potest concipi
sine at servo cujus sit dominus concipitur
autem sine servo cum quo identificatur

altera in scholis multum jactatur
quæstio utrum essentiæ rerum ~~es~~ sint
seu quod idem est sint reales ab æterno

Rei quæsitæ sensum et nodum simul
ostendet sequens observatio

Minime quæstio est utrum essentiæ
rerum formaliter, ut ajunt, sumptæ,
hoc ē pro ideis divinis seu pro natura
divina in qtum participabilis est variis
modis sint ab æterno ideæ etenim divinæ
st æternæ ō etiam quæstio ē utrum
essiæ rerum sumptæ pro rebus ipsis
seu singularibus, ut vocant, existentibus
existant ab æterno. commentum enim
Aristotelis et plurimorum philosophorū
gentilium mundum ab æterno extitisse
credentium jam inter ineptias evanuit

Sed Quæstio quæ tamen nulla esse deberet hæc est an essiæ seu naturæ universales extra Deum sint ante sua singularia ante suas existentias ab æterno nulli generationi nullique corruptioni obnoxia v: G: utrum natura humana fuerit ab æterno sine collo individuo in se ipsa et extra Deum o quidem existens sedens seu essia

Scostistæ qui naturas verum universales a singularibus secernunt volunt essias verum ab æterno esse ante singularia et extra Deum o quidem in esse existentiæ sed in esse essiæ nam præpter esse possibile et esse actuale verum creaturum aliquod esse medio loco constituunt scostistæ per quod essiæ creatæ sint aliquid reale et positivum ante quam actu existant quo fit ut ab æterno obtinuerint medium quemdam locum inter merum nihil et actualem existentiam Negant hoc omnes Pli

consequenti articulo istam de naturis universalib confutabimus nunc explicatis quaestionis satisfaciendum e

Conclusio 2a

essiae rerum creatarum o st ab aeterno aliquid reale

prob: si essiae rerum aeternae sint secundum aliquod ee extra Deum dabuntur universalia in essendo et ideae naturarum seorsum a singularibus existentium quales olim platoni probatas fuisse multi criminantur

atq constituere naturas universales separatas a singularibus contra sanam omnem rationem est ubi enim ejusmodi naturae ab aeterno moratae sint aut extra Deum deliquerunt o in aliquo mundi angulo quia mundus ab aeterno o fuit, et nihil fuit ab aeterno praeter Deum

E. extra Deum ab aeterno esse o potuerunt rerum naturae

prob: altera ratione: essia et existentia
St una et eadem res

atq existentia rerum creatarum o
e ab æterno

E:

Resp es ad objecta

obj 1o

Deus ab æterno cognoscit rerum essias

E essiæ rerum St actu ab æterno

Resp dist: cons St actu ab æterno in
Statu ideali et in deo. C. St ab æterno in
Statu reali et extra deum N: essiæ igitur
rerum St quid ab æterno reale in ideis
divinis St enim varii essiæ divinæ parti
cipandæ modi quos deus ab æterno novit

o ttum vero essiæ rerum St ab æterno
in Statu Ideali Sed quælibet etiam individua
creata ab æterno fuerunt in aliqua
dei Scientia

obj 2o objectum omnipotentiæ divinæ
debet esse reale

atq rerum essiæ st ab æterno objecta omnipotentiæ divinæ.

E:

Resp 1º: retorqueri posse argumentum Petrus ab æterno est objectum omnipotentiæ divinæ

E: Petrus est aliquid reale ab æterno

Resp 2º N. n. aj objectum enim omnipotentiæ e res producenda res autem producenda nihil e E: objectum omnipotentiæ divinæ o debet ee reale

obj 3º: illud e actu ab æterno de quo ab æterno multa prædicari potuerunt

atq de essiâ rerum creatarum multa prædicari potuerunt ab æterno ro: G: de naturâ humana prædicari ab æterno potuerunt animalitas et rationalitas. E:

Resp 1º retorqueri posse argumentum illud e ab æterno de quo ab æterno multa prædicari potuerunt: atq de existentiis et rebus singularibus prædicari ab æterno multa potuerunt. nam ab æterno

veræ St istæ ppsiones existentia e actus
ius. christus e virginis filius, ante christus
e homo peccati. C:

Resp 9o dist: maj illud e ab æterno in
Statu ideali de quo multa prædicari ab
æterno potuerunt C: illud e ab æterno in Statu
reali et physico de quo multa prædicari
potuerunt N: vel Subd: de quo multa
prædicari potuerunt existentiam ejus
actualem Significantia C: actualem
ejus existentiam o Significantia et
ex hypotesi ttum quod creaventur. N:
posteriore distinctione minorem explico
multa de rerum essentiis prædicari
ab æterno potuerunt existentia rerum
actualem o Significantia C: actualem
existentiam Significantia Seu hypotetice
N: 4a vero distinctione vtor ad explicand
conf essiæ rerum St actu ab æterno in
Statu ideali, C: in Statu reali N: ambæ

istæ distinctiones aut per se intelliguntur aut supra explicatæ fuerunt

Ins. prædicari sequitur ee ut, vulgo ajunt, E illa existunt actu ab æterno in statu reali de quibus multa prædicantur

Resp dist ante prædicari sequitur ee hoc est attributum alicujus rei respondet hujus naturæ et ex ea sequitur C hoc est eo ipso existit aliquid quod de ipso aliquid prædicari potest N. quare N. cons

obj 4o quæ differunt actu ab æterno St ab æterno aliquid reale

atq essiæ rerum creatarum differunt actu ab æterno.

E.

Resp dist ante mg quæ differunt actu ab æterno per differentias actu existentes St ab æterno aliquid reale in se ipsis C quæ differunt actu ab æterno per differentias ttum possibiles existunt ab æterno. N. Pmi dist mm. essiæ rerum creatarum

differunt actu ab æterno per differentias possibiles tum C per differentias actu existentes N: quare N: cons

Articulus Quartus

de naturâ et singularitate

Natura et essia unum et idem sonant nempe id quod res est sive quod primum in re concipitur hic vero opponitur singularitati unde consideratur ut abstracta per mentem ab existentiâ et a Peripateticis vocatur natura universalis quia apud ipsos essia spectata sine existentia convenit multis talis ee dicitur natura humana

Singularitas vero dicitur id quo naa seu gradus communis contrahitur ad hoc numero individuum sic Petreitas, quæ naam humanam ad unicum hominem determinat singularem efficit naturam

humanam in Petro, vocatur differentia numerica quia res per singularitatem solo numero seu potius distinguntur hæc ceitas dicitur quia per eam res fit hæc o alia in singulis individuis naæ humanæ peculiare nomen habet; in Lentulo Lentuleitas nominatur

Magno æstu quæritur, tum utrum et quo sensu sint naturæ universales tum etiam quia naturæ quæ vulgo universales constituantur ~~natur~~ singulares

Ambæ istæ quæstiones subisce Barbaris vocibus exprimuntur. 1a utrum detur universale in essendo et prædicando an a parte rei an a parte mentis saltem 2a quodnam sit individuationis hoc est rei singularis principium formale ~~utr~~ utramque simul quæstionem omnes quæ quas certe plurimas prior

